Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

## Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

**Danskernes Historie Online** er Danmarks største digitaliserings-projekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

### Støt vores arbejde – Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat

### Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

### Links

Slægtsforskernes Bibliotek: https://slaegtsbibliotek.dk
Danske Slægtsforskere: https://slaegt.dk

Gustavus Ludovicus Wad.

2. xbris 1880.

# INSCRIPTIONES HAFFNIENSES
## LATINÆ DANICÆ ET GERMANICÆ

*unà cum*

## INSCRIPTIONIBUS AMAGRIENSIBUS URANIBURGICIS ET STELLÆBURGICIS

*nec non*

## DUABUS EPISTOLIS

*unâ*

## TYCHONIS BRAHE

ad Peucerum miſsâ

*alterâ*

Ejusdem Sororis SOPHIÆ BRAHE
Metricâ Latinâ
ad Nobilem Danum NICOLAUM LANGE
Chymiæ Studioſiſſimum ſcriptâ

*quas*
*Poſteritati collegit*
*& ſuis ſumptibus edi curavit*

PETRUS JOHANNIS RESENIUS.

---

HAFFNIÆ
Typis HENRICI GÖDIANI Reg. & Acad. Typogr.
AN. CHR. CIↃ IↃC LXVIII.
Proſtant apud DANIELEM PAULLI Reg. Bibliopolam
in Cœmiterio ad Div. Mariæ Templ.

ILLUSTRISSIMO ET EXCEL-
LENTISSIMO
MAXIMI ORBIS ARCTOIS MONARCHÆ

# FRIDERICI
# TERTII

CANCELLARIO

# DN. PETRO REEDTZ

TOPARCHÆ TYGGESTRUPENSI,
EQVITI ORDINIS ELEPHANTI-
NI AURATO, PRÆSIDI COLLEGII CAN-
CELLARIATUS, COLLEGII STATUS ASSESSO-
RI, HADELANDIÆ ROMERIGÆ BUSCHERUDÆ ET
RINGERIGÆ GUBERNATORI, ACADEMIÆ HAFFNIEN-
SIS AB ALTE MEMORATA SACRA REGIA MAJE-
STATE CONSTITUTO PATRONO, MAGNO
SUO ET LITERATORUM MOE-
CENATI
HOC MONUMENTORUM HAFFNIENSI-
UM APOGRAPHUM
VITAM
ET
FELICITATEM
P.
L. M. Q. D. D. D.
PETRUS RESENIUS.

# DEDICATIO.

## ILLUSTRISSIME CANCELLARIE,

*NOn minus pervetuſtâ quàm pervulgatâ conſvetudine diſſertorumq; inſtitutô per totum Orbem Chriſtianum introductum eſt, ut ſuas qvisq; lucubrationes, ſuos tractatus, ſuaq; ſcripta, ſub Principum Virorum, vel ſingularium eximiorumq; Patronorum, nominibus in lucem emittat, ipſisq; inſcribat, nuncupet, & dedicet. Lucas Evangeliſta Evangelium ſuum & Acta Apoſtolorum ſub Theophili, Magnatis & præcipui nominis Viri, nomine*

*edidit. Lactantius Libros ſuos Divinarum Inſtitutionum Conſtantino Magno dedicavit. Ambroſius Gratiano Imperatori tractatus ſuos de fide & Spiritu Sancto nuncupavit. Sozomenus hiſtoriam ſuam Eccleſiaſticam Theodoſio juniori. Auguſtinus Libros de civitate Dei Marcellino Præſidi & Comiti Africæ.* B*ertramus ſcriptum ſuum de corpore & ſanguine Chriſti Carolo Magno. Nicephorus hiſtoriam ſuam Eccleſiaſticam Andronico Imperatori Conſtantinopolitano. Marſilius Patavinus defenſorem Pacis Ludovico Bavarico Im-*

*co Imperatori, & alii aliis. Solebant qvoq́; veteres Ægyptii, ſi qvando novum aliqvod opus, qvod cum ſcientiis commune aliqvid haberet, ad eorum manus perveniſſet, illud Mercurio (ut de Cynocephalo Valerianus annotavit) ſummâ cum diligentia dedicare: Mercurius enim apud eos ut & apud cæteras Nationes ſcientiarum autor ſtudioſorumq; omnium defenſor ac vindex habebatur. Moris etiam apud Romanos erat ſcripta Excelentiori conſecrare; Caio Julio cæſari, ſi de armis belligero Caïj Julij Cæſaris Tempore agebatur; ſi vero de regimine*

*tranqvillo optimi Trajani, optimo Trajano ; qvem morem etiam aliæ Gentes & Nationes hodie adhuc tenent ſcripta typis committentes illuſtribus Viris ea inſcribendo, non ſolùm ut illa dedicatione juxta Pindari monitum Od. VI. frontiſpicium præſtruant præfulgidum, verùm etiam, tum ut adverſus obloqvutores moroſosq; cenſores illorum Patrocinio muniantur, tum ut talium tantorumq; Virorum laudes late longeq; diffundant, tum qvoq; ut pro maximis acceptis beneficijs maximas agant gratias. Ego autem, merito*

*rum*

*rum & gratiarũ haud immemor, Tibi, PATRONE SUMME, librum hunc dico, non qvia obtrectatorum maledicta formidem; neminem enim tam ingrati animi eſſe arbitror, ut infeſtus ſit ei qvi pro bono publico in ſtudio evigilans ſui corporis robur aſſidua cogitatione diminuat, ſumptusq; ſuos: Nec qvod per hanc dedicationem cogitem beneficia qvæ Tibi accepta refero, verbis rependi poſſe: Neq; qvod exiſtimem Animi* TUI *Virtutes aut Generis Nobilitatem mea laude indigere, cum* TUUS *Honos ſit ſuis viribus immortalis: ſed ut hæc noſtra*

*noſtra aut improbes, ſi levia & inutilia; aut comprobes, ſi ea uſui eſſe cenſueris. Nam ſi* Tibi *placuerit qvicqvid in hoc tractatu laboris, qvicqvid curarum, qvicqvid deniq; rei familiaris in illud inſumpſero, leve erit & facile, reddarq; ad alia edenda propenſior, & à publicis muneribus vacans enitar, ut non minùs horis ſucciſivis proſim, qvàm dum in tranſigendis & dijudicandis cauſis aliisq; publicis Academicis & Civilibus negotiis occupatior ſim: At ſi diſplicuerit, protinus pedem referens*

*rens*

*rens ab inani labore deſiſtam. Expectabo itaq; judicium* Tuum, *Tuum, inqvam, judicium expecto: Interim & abhinc vivam*

ILL$^{mæ}$ $_{ac}$ EXC$^{mæ}$ MAGNIF. TUÆ
Cultor, Mirator, Cliens

*Ex Muſæo meo*
*Haffniæ V. Cal. Jun.*
CIↃ IↃC LXVIII.

PETRUS RESENIUS.

# LECTORI.

CUm ab omni ævo ea fuerit Inſcriptionum & dignitas & æſtimatio, ut qvi ipſas non venerare-tur indoctus, non curaret indoctior, non noviſ-ſet indoctiſſimus ſemper habitus fuerit, nolu-mus eas elogiô aliqvô proſeqvi, ſed de earum utilitate, an-tiqvitate, collectoribusq; nonnulla breviter ſummula-timq; in medium proferre allaborabimus.

Inſcriptio-num utili-tas. Inter Inſcriptionum multas utilitates & magnas non eſt minima, qvod Epigraphæ ſepulchrorum videantur fa-

1. cere ad Εὐθανασίας curam excitandam & alendam. Odi-nus in ſuâ Ethicâ à Sæmundo conſcriptâ & vocatâ Haa-vamaal *Stroph. LXIV.* ita docet : Deyr fie/ deya frændur/ Deya Viner ; en eitt veit eg thad aldrey deyr / thad er / domur um daudan hverrn. ɔ: Danice : Fæ døer / Frender døer / Ven-ner døer ; men et veed jeg det aldrig døer / det er/ Dom om en hver (ſom er) død. ɔ: *Interit pecus, moriuntur cognati, moriuntur amici; ſed unum novi, qvod nunqvam interit, hoc eſt, judicium de mortuo qvovis.* Hinc proverbium Islandicum : Eyeer Lifer Mannord mætt/ tho madurenn deye. ɔ: *Danic:* Effter lefver god Ryete / dog Manden er død. ɔ: *Vivit poſt funera virtus.* Medraſch Ruth cap. 5. v. 3. בשםטוב מן העולם אשריר של אדם שיצא ɔ: *Beatus ille homo, qvi excedit cum nomine bono.* Di-ctus itaq; Odinus libr. Cit. Stroph. LIX. mortales præ-clàre admonet hiſce verbis : Betre er liffdum og velliffdum; ei getur kvikur kveickt elld / theve ev uppbrenna audgum muni/fyrer i veg var daudur fyrer dyrum. ɔ: *Danice* : Got er i Lifvet at lefve vel; (thi)en kand den Rige optende Ilden / oc den monne opbrænde det ſom ſkal fortæres / for i Veyen (*io*) var Doden for Deren ɔ: *Juvat nos bene dum vivimus vivere, vivus enim dives vix tam fugacem accendit*

*Ignem*

*Ignem, qvin anteqvam flamma fomentum conſumpſerit, mors fortè ipſum occupaverit.*

Tumuli qvoq; & tumulorum Inſcriptiones viventibus refricant memoriam neceſſitatis moriendi. Nam Βροτοῖς 2.
ἅπασι καταθανεῖν ὀφείλεται, *ut ſcribit Euripides.* Mors enim nullam facit differentiam inter homines, æqvaliter abripit omnes, nullâ habitâ dignitatis vel ætatis ipſorum ratione.

*Pallida mors æqvo pulſat pede pauperum tabernas Regumq; turres* Horati.
*Illa rapit Juvenes, primâ florente Juventâ.*

*Non oblita rapit, ſed tamen illa Senes,* Virgil. Et Ovidius
*Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.* Sveticè: Dödhen ſeer intet effter åhren. קַבָּא רַבָּא וְקַבָּא זוּטָא מֵאַנְדָּל וְאָזִיל לִשְׁאוֹל
ɔ: *Cabus major & Cabus minor circumvolvitur & vadit ad Sepulchrum.* Jevam. cap. 1. in fine. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ βίη Ἡρακλῆος φύγε κῆρα ɔ: *Nec enim vis Herculea fatum evitavit acerbum* Iliad. 6. *Nec Dii qvidem à morte liberant.* Eraſm. *Svetice*: Dödhen låter intet ſkrämma ſigh/alla Kiämpar ſalla Segerlöſa. *Mors neminem veretur.* Itaq;, ut Sveci dicunt, Dödhen är allom öden ɔ: *Mors omnibus communis.* Eraſm. *Omnes una manet nox, & calcanda ſemel via Lethi.* Horat.

*Longius aut propius mors ſua qvemq; manet.* Propert.

Hinc antiqvū dicterium: *Contra vim mortis non eſt medicamen in hortis.* Germanice: Für den Todt wechſet kein Kraut im Garten. Unde non ſine cauſa ſatis prægnanti Coſrois (qvi fuit filius Hiauſii) coronæ inſcripta fuēre verba Perſica hoc modo in Lingvam Latinam à Georg. Gentio translata: *Qvid multi anni, qvid vita longa? Mortales enim in hoc terrarum orbe veſtigiis pedum capita noſtra calcabunt.* Roſar. Musladini Sadi, Cap. 1 de morib. Reg. pag 119. Conf. pag. 559. Docet igitur Seneca non defunctorum causâ, ſed vivorum inventam eſſe ſepulturam. Unde monitum Arabicum: Onutma ulum dahim angadur; bugium bangaiſle javin ſangadur: ɔ: *Mortem haud obliviſcere; nam ſemper hodie mihi, cras tibi.* German. Heute an mir/ Morgen an dir. Ita. *oggi a me, domane a te.* Be-

 rach

rach fol. 33. col. 1. היום כאז ומחר בקבר *: hodie hic, cras in ſepulchro.* Svecicè: J Dagh riik/i Morgen Lijk: J Dagh röd/ i Morged død. *Germanice*: Heut König/ Morgen todt. Periarum qvoq; Proverbium eſt: *Hodie mundus durat, cras noviſſimus dies ( inſtat).*

Sic principiò monumenta, ut Varro vere, ideo in ſepulchris & ſecundùm viam poſita ſunt, qvò prætereuntes admoneant, & ſe fuiſse & illos eſſe mortales. Hoc effecit apud Alexandrum Magnum hæc ſeqvens ſepulchri Cyri inſcriptio: Ω ΑΝΘΡΟΠΕ, ΟΣΤΙΣ ΕΙ, ΚΑΙ ΠΟΘΕΝ ΗΚΕΙΣ (ΟΤΙ ΓΑΡ ΜΕΝΗΞΕΙΣ ΟΙΔΑ) ΕΓΩ ΚΥΡΟΣ ΕΙΜΙ, Ο ΠΕΡΣΑΙΣ ΚΤΗΣΑΜΕΝΟΣ ΤΗΝ ΑΡΧΗΝ ΜΗ ΟΥΝ ΤΗΣ ΟΛΙΓΗΣ ΤΑΥΤΗΣ ΓΗΣ ΦΘΟΗΣΗΣ, ΗΤΟΥΜΟΝ ΣΟΜΑ ΠΕΡΙΚΑΛΥΠΤΕΙ.
Qvis non moveatur monumento Senacharibi Aſſyrii Hieroſolymæ oppugnatoris & Jehovæ contemptoris impiiſſimi cui à filiis duobus in Fano inter ſacra immania trucidato Epigraphe addita talis fuit?

ΕΣ ΕΜΕ ΤΙΣ ΟΡΕΩΝ ΕΥΣΕΒΗΣ ΕΣΤΩ.

Ita non ſine causâ Plato Athenis Epitaphia ſepulchrorum conceſſit, & Solon pœnam ſtatuit in eum qvi tumbam ac monumentum violaſſet, deieciſſet, fregiſſet; qvod idem Chriſtianis viſum eſt faciendum. Hinc qvòd ita ſcriptum ſit in Legibus XII. Tabul. HOMINI MORTUO NE OSSA LEGITO apparet jura circa defunctos ſancta eſſe debere & homines retinere debere pietatem erga morientes. Unde Prætoris edicto adverſus dolo malo ſepulchra violantes actio in factum datur, ut ei ad qvem pertineat negotium, qvanti ob eam rem æqvum eſſe videbitur condemnanti eiq;, ad qvem nó pertineat, centum aureorũ actio detur. Qvod ſi ſepulchrorum viola-

violatores ipſa corpora extraxerint oſſave eruerint, humiliores qvidem Pauli Sententiâ ſummô afficiuntur ſupplició; honeſtiores autem in Inſulam deportantur aut relegantur, aut in metallum damnantur. Etiam qvod ſepulchris extrahere oſſa nefas ſit, Dido apud Virgilium his verbis oſtendit:

*Non ego cum Danais Trojanam exſcindere gentem*
*Aulide juravi claſſemve ad Pergama miſi:*
*Nec Patris Anchiſæ cineres maneſve revelli.*
*Cur mea dicta negat duras dimittere in aures?*

De ſepulchro violato & pœnis inqvietantis ſepulchrum vel mortuum vide Decian. prax. criminal: *lib:* 6. *c.* 39. 42. 43. *vol.* 2. Menoch. 2. *de arbitr:* judic. *cap:* 387. *num:* 10. Petr: Gregor: Tholos. *Syntag.* Jur. *lib.* 33. *cap:* 23. Damhouder. *prax.* Crimin. *cap.* 109 *fol:* 171. Proſper. Farinac. *prax.* Crimin. *lib.* 1. *tit.* 3. *qvæ* 20. *num:* 114. *fol.* 291. Conſtit. Elect. Saxon. *pag.* 4. *art.* 34. & in illam Dani. Moller, Bœri. *decis* 287. *num.* 2. Ripa. de peſte tit. *tit. de præſervand. remedi. num:* 101, Henric. Bocer. *Cl.* 3. *diſp:* 9. *th.* 24. Grammat. *decis.* 82. Marſil. Sing. 199. Vivin. Com. *Opin.* 171. Syntagm. comm. opin. *lib:* 9 *tit.* 15. *fol.* 504. Sebaſt. *Medic. de ſepult. c* 1. *p:* 14. Berlich. Concl. 147. Vigel. *M. I.* C. *I.* C. *lib:* 8. *c.* 16. Carpzovius *prax. Crim. p.* 2. *qvæſt.* 93. *ſub.* 8 Beſold. *de vit. & mort. fol.* 133. Cœlium *lib.* 9 *c.* 4. Confer. *D.* 47, 12. *de ſepulch. viol.* C 9. 19. Novell. Leon. 96, ut & Commentat.

Inſcriptiones etiam ancipitis variæq; omni & loco & 3.
tempore obviæ mortis exempla nobis proponunt. Hunc enim legas in vitam vix ingreſſum; illicò ex eadem digreſſum; illum medio è curſu abreptum; alium exactâ jam ætate diſceſſiſſe; alium morte naturali, alium violentâ, alium repentinâ vi vitæ finem feciſſe. Hinc Proverbium Sveticum: Dödhen blåås intet i Horn: *Mors non habet Præconem* Erasm. Præterea nemo tam divos habet faventes, craſtinum ut ſibi polliceri poſſit.

 *Neſcia*

*Neſcia mens hominum fati ſortiſq; futura.* Ovid.
*Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.*

Proverbium itaqve Danicum eſt : Døden er vis / men Stunden uvis. Svetice : Döden är wiß / men Stunden owiß. Germanicè : Der Todt iſt gewiß / die Stund ungewiß. Item Döden är en Snäl Jägare / i.e. *Mors eſt robuſtus venator.* Unde cœleſte monitum עַד יוֹם מוֹתְךָ אַל תַּאֲמֵן בְּעַצְמְךָ i.e. *Ne confidas tibi ipſi uſq; ad diem mortis* : Hillel in Pirke avoth. cap. 2.

4. Faciunt præterea monumenta, ut magnorum Virorum & de Republ. optimè meritorum non iisdem finibus nomen, qvibus vita, terminetur. Pleræq; enim Epigraphæ non nomen ſolùm defuncti & diem emortualem, ſed & vitæ curriculum circumſcriptè & res præclarè domi foriſq; patratas pervulgant, idq; & ad honorificam, qvi vixerunt, memoriam, & ad exemplum ſuperſtitum. Hinc Cicero 9. Philip. *Vita mortuorum in memoria vivorum eſt poſita.* Et Seneca : *Poma qvadam ſvaviter acerba ſunt & in vino veteri delectat & ipſa amaritudo* : Sic *amicorum defunctorum memoria mordet animum ſed non ſine voluptate.* Svet: Döden är en bitter ört / men en ſööt Efftersmaack. *Germanice* : Der Todt iſt ein bitter Kraut / etc. Turcæ dicunt : *Vir obiit, ſed nomen ejus ſuperſtes eſt.* Et Perſæ : *Viget nomen excellens Neuſchurwani, qvamvis diu ſit qvod amplius non ſit ſuperſtes.* Auguſt. de civitate Dei : *Sepulchrorum memoria magis vivorum eſt conſolatio qvàm defunctorum utilitas.* David qvoq; Pſal: 112. ita canit: *In Memoria ſempiterna erit juſtus.* Imo Syracides 46. ſcribit, *qvòd oſſa juſtorum in locis ſuis revireſcant & nomen eorum qvaſi permutatione renovetur in filiis eorum qvi gloriam adepti ſunt.* Musladini ergò Sadi *Roſar. Polit. Perſ. cap. 1. de morib. Reg. pag. 145.* monitum eſt:

*Bonam defunctorum memoriam religioſè colito,*
*Ut tui etiam bona memoria ſuperet æterna.*

Itaq; Sialldan bauta Steiner Stenda brautu nær / nema reiſe nidur að nid. id eſt, Dan: Selden ſtander Steene nær ved Veyen / uden de ere

reiſſe

reiſte af Efterkomere/ *id eſt. raro cippi buſtis impoſiti (lapides) extant juxta viam niſi Nepos Nepoti erigat, ſcilicet in memoriam mortuorum.* Haavamaal St:LXI. Et כל צדיק וצדיק עושין לו מדור לפי כבודו *unicuiq; juſto faciunt dormitorium pro bonore eius.* Scabbus fol. 152. col. 1. קברו מוחל המת בונין לו נפש על *ɔ: reſiduum (id eſt ultimus honor) mortui eſt, qvòd ædificant ipſi monumentum ſuper ſepulchro ipſius.* Schekalim cap: 2. in fin: Ber. rab. ſect. 82. Confer. BavametZ in fol: 83. col. 2.

Imo in diſceptationibus qvandoq; chronologicis mo- 5.
numentorum fides ſubvenire & ſcrupulos eximere poteſt.

Tandem multa ſunt monumenta qvæ aliqvid gratiæ, 6.
multa qvæ aliqvid ſolertiæ vel antiqvitatis, multa qvæ pietatis aliqvid ſpirant & repræſentant, ad qvorum imitationem aliæ conſcribi poſſunt Inſcriptiones. Modum conficiendi inſcriptiones ad imitationem antiqvarum Inſcriptionum Italicè ſcripſit *Franciſcus Pola ICtus Veronenſis* editum Veronæ in 4to 1626.; & poſt eum Inſcriptionum qvodvis genus pangendi rationem facili methodo docuit *Octavius Boldonius Mediolanenſis*, ſubjectis exemplis antiqvis & recentibus, eamq; in lucem edidit Romæ in Fol. An: Chr: 1660.

Inſcriptionum origo & antiqvitas.

Itaq; non ſine inſigni utilitate etiam antiqviſſimô more Monumenta, Epitaphia, atq; Inſcriptiones adjungere ſepulchris eſt ſervatum. Rachel demortua à marito Jacobo non ſolùm honorificè ſepulta eſt, verùm etiam ſupra ejus ſepulchrum Statua memoriæ ergò excitata. Monumentorum Semiramidis Reginæ Aſſyriorum, Alyattis, & Cræſi meminit Herodotus. Plutarchus Cyri illius, qvi Cræſum vicit, Titulum ſepulchralem narrat. Athenis extra urbem ſepulturæ locus fuit, ubi columnæ extiterint, in qvibus defunctorum inibi conditorum nomina

mina continebantur. Syracuſis in Archimedis ſepulchro Epigramma verſibus ſenariis & Sphæra cum Cylindro erat inciſa. Gentilitia fuiſse Romæ ſepulchra cum Epigraphis autoritas graviſſimorũ virorum & αὐτοψία hodie teſtatur. Antiqvi etiam Dani ut & Norvagi tumulos ſuos non ſolùm lapidibus literatis ſeu epitaphiis exornârunt, tumulis nomen defuncti & amicorum, qvi ſupremum hoc officium ſuis dicabant, Laconicè Patriis ɔ: *Runicis* literis inſcribentes; verùm etiam victoriarum & rerum præclarè geſtarum Trophæa & Arcus qvaſi Triumphales Patriæ literaturæ characteribus inſignitas ad poſteros transmiſerũt: qvarum Inſcriptionũ inſignis & maxima copia è ſpiſſis antiqvitatum tenebris in Dania ac Norvegia extantibus ruderibus eruta eſt ab incomparabili Danicæ antiqvitatis vindice & Runicorum Monumentorum interprete Olao Wormio. Reperitur in actis rerum Danicarum à perilluſtri noſtro Huitfeldio vernaculâ lingvâ editis, qvòd Haraldus VIII. cognomentô Blaatand / item *Sapiens*, Regnum Daniæ adeptus circiter Annum Chriſti 931., uti Rex pius, non ſolùm Adaldagi inſtituerit Epiſcopatum, verùm & illud inter alia primum ac præcipuum duxerit, ut Gormoni Patri Regium in morem funerato, nec non Matri, Hadelradi Anglorum Regis filiæ, Thyræ Chriſtianâ pietate aliisq; virtutibus multis inſigni atq; inde etiam Danebod cognominatæ, Mauſolei præterea ſaxum ſuperimponeret, qvod hodie Characteribus Runicis perſcriptum in ipſo Jellingi, Diœceſeos Ripenſis pagi, cœmiterio hodie adhuc viſitur, cujus delineatio & inſcriptio eruditiſſimis notis illuſtrata extat in Monum. Danic. Ola Wormii *lib*. 5. *pag*. 326. *ad pag*. 338. ut & in Steph. Steph notis ad Saxon. Gramm. *pag*. 262. 263. 264. Confer Huitfeld. hiſt. Dan. *in Fol. pag*. 46. Pontan. Hiſt. Dan. *lib*. 5. *pag*. 130. Svaning.

ning. Chron. Danic. *pag.* 66., Claud Lyſchand. præfat. Synop. hiſt. Dan. *pag.* 8. Conſpicitur etiam in Selandiâ circa pontem Verrebro Tumulus Frothonis, Fridlevi filii, Daniæ Regis, Fredegode vocati, (ſub qvo Chriſtum natum Saxo tradidit) qvem Danica Gens in dicti Regis memoriam & honorem ſtruxit. *Hvitf. hiſt. Dan. pag.* 10. *Pontan. hiſt. Danic. pag.* 23. Sic qvoq; famoſiſſimo Daniæ Giganti, nomine Sterckodder / ab antiqvis ejusdem Regni Gigantibus Monumentum in Scaniâ circa pontem Vellingbro erectum eſt, *Hvitf. hiſt. Dan. pag.* 14. Confer *Pontan. hiſt. Dan. pag.* 32. Siccô pede prætereo complurima hujusmodi alia Gigantum ſepulchra ubivis in Regnis hiſce Septentrionalibus occurrentia, (Steen-Dyſſer appellata à Steen ɔ: *Lapis, Saxum*, & antiqvô Danicô & Islandicô Duſe / ad Duſa ɔ: *cubare anhelus & feſſus*, unde Duſa ɔ: *talis incubatio*; Sepulchrum enim eſt defuncti dormitorium) qvorum magna pars in monumentis Wormii Danicis reperitur; major v., nominibus vel ſepulchrorum vel tumulis ſepultorum omnibus ignota, hodie adhuc intacta extat. Præterea dabantur olim multi antiqvorum Danorum, qvi res præclarè geſtas in Galeis & Scutis depingi curaverunt, eaq; tempore belli & pacis, domi foriſq;, ut Eqveſtre ornamentum, geſtaverunt, qvæ hæredes in defunctorum memoriam & exemplum ſuperſtitum poſterorumq; ſuſpenderunt ab initio in domibus auguſtis, eô tempore Herloſſe dictis; at, poſt Chriſtianiſſimum in Daniâ, in Templis Cœnobiisq;, *uti obſervavit Claudius Lyſcander in præfat. Synopſ. rer. Danic. pag.* 9. Apud Chriſtianos qvoq; in primitivâ Eccleſiâ permanſit inſtitutum hoc memoriam conſecrandi de-

functorum. Nam in Urbe de ſuo tempore ſcribit Prudentius:

*Plurima literulis ſignata ſepulchra leguntur*
*Martyris aut nomen aut Epigramma aliqvod.*

Inſcriptiones verò hujusmodi monumentorum tam ſepulchralium qvam aliorum colligere, in ordinem certum redigere, atq; publicas facere, ut jucundum ita utile ac neceſſarium habetur.

Hinc totius orbis Romani Inſcriptiones collegit *Martinus Smetius Weſt-Wynchelanus, Joſephus Scaliger, Marcus Velſerus, Janus Gruterus, & Juſtus Lipſius.* Antiqvas Romanas per Italiam Inſcriptiones edidit *Gabriel Symeonus Florentinus*; Antiqvitatisq; etiam aliqvot monumenta ex ære, marmoribus, & membranis veteribus deſcripſit *Georg. Fabricius*: Poſt qvos totius Italicæ monumenta in lucem prodiit *Laur. Schraderus Halberſtadienſis.* Antiqvæ autem Urbis Romanæ monumenta antea ruinis abolita edidit *Jacobus Mazochius Romanæ Academiæ Bibliopola* ſub titulo Epigrammata antiqvæ Urbis, & *Jo. Jacobus Boiſſardus Veſontinus.* Antiqvas verò Romanas per Hiſpaniam Inſcriptiones in lucem primus edidit *Adolphus Occon*: Cujus veſtigiis inſecuti ſunt varii Hiſpani Scriptores *Ambroſius Morales & alii qvi Hiſpanicarum Civitatum hiſtorias & deſcriptiones ediderunt. Barnabas Briſſonius libr. 7 de formulis* multa vetera recenſet Epitaphia, ut & *Cæſar Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis*; Antiqva & recentia *Pantaleon candidus*: Flores Epitaphiorum *Petrus Andreas Canonherius Genuenſis.* Inſcriptiones Sacroſanctæ vetuſtatis collegit *Petrus Appianus & B. Amentius*: Brabanticæ *Franciſcus Swertius*: Batavicæ *P. Scriverius*: Siciliæ *Georgius Gval-*

*us Gvalterus* : Luſitaniæ L. *Andreas Reſendius*. Monumenta clarorum doctrinâ præcipue toto orbe terrarum Virorum cum Iconibus *Tobias Feut Pictor Uratislavienſis*, deliciasq; Chriſtiani orbis orbi dederunt *Franciſcus Swertius & Faber* : Europæas v. *Nathan Chytræus*. Miſcellam Epitaphiorum edidit *Laurentius Pignorius*. Nonnulla etiam variorum illuſtrium monumenta rariſsima collegerunt *Johan. Seldenus in marm. Arundell. & Marcus Zuerius Boxhornius*. Qvas vero in honorem nollullorum Italorum fecit *Octavius Ferrarius*, ipſemet edidit Patavii. Vetuſtiſsimam L. Cornelii Scipionis Inſcriptionem Romæ circa An. Ch. 1616 repertam explicationibus illuſtravit *Franciſcus Auguſtinus* ; duarumq; inſcriptionum veterum Herodis Attici Rhetoris & Regillæ Conjugis honori poſitarum explicationem nobis dedit Claudius Salmaſius.

Galliæ inſcriptiones occurrunt partim in Antiqvâ Galliâ *Bonaventuræ Caſtillionis* , partim in Itinerario per nonnullas Galliæ Belgicæ partes Antverpiæ 1584. edito.

Monumenta Urbis Venetarum collegit *Franciſcus Sanſovinus* : Patavinæ ejusq; Territorii ac Gymnaſii *Bernardinus Scardeonius*, *Sertorius Urſatus*, *Jacobus Philipp. Tomaſinus* ; Marviſianæ *Bartholomæus Burchelatus*: Vicentinæ *B. Trinagius & Marziarius* : Veronæ *Onuphrius Panvinius & Torello Sarayna*: Bresciæ *Octavius Roſſus* : Baſiliæ *Simon Grunæus* : Auguſtæ Windelicorum *Marcus Velſerus & Daniel Praſshius* : Wittebergæ *Balthaſar Mentzius Saxo*, & *Andreas Sennertus*: aliiq;, qvi aliarum Civitatum hiſtorias conſcripſerunt, eas cujusvis Civitatis inſcriptionibus illuſtrantes.

Sunt adhuc alii Inſcriptionum collectores nondum editi, ex obſervatione celeberrimi Joannis Rhodii Dani, qvos mihi communicavit Cl. Thomas Fiurenius, heicq; addere libuit.

*Inſcriptiones antiqvæ collectæ à Felice Feliciano Veronenſe in qv .rto 1463. Collectio altera à Joan. Marcaneria Fol. 1465. Andreæ Alciati de rebus patriis lib. 3. Libellus alter ex Feliciano, ut videtur, contractus apud Beldom. Candum J.Ct: Pyrrhi Ligorii volumina pleraq; ex Onuphrio Panvin. & Auguſtino.*

Hiſce adjungi poſſunt & debent *Epitaphiorum Dialogi B. Burchelati, ejusq; Charites; Dialogus A. Auguſtini Italicâ Lingvâ editus; F. Urſini elogia & imagines virorum illuſtrium, ejusdemq; familiæ Romanæ, ut & Leges & SCta, item notæ ad Varronem; Abrahami Ortelii & Svertii Capita Deorum; Le imagini delli Dei del Cartari cum notis. Laur. Pignorii; Laur.* Pignorii *Tabulæ Hieroglyphicæ, idemq; de ſervis; B. Marliani Roma, ejusdemq; Com. in Faſtos Capitolinos; Huberti Goltzii magna Græcia; Carolus Sigonius de antiqvo jure; Juſti Lipſii Saturnalia, Poliorcetica, Militia, de cruce, de amphitheatro; Steph. Piggii Hercules Prodigus, Marqvard. Freheri Origines Palatinæ; Joſephi Caſtalionis annot. in Rutilium, ejusq; variæ Lectiones; Orthographia Aldi Manutii; Lucas Pætus de ponderibus & menſuris; & alii numero plures.*

Danicas qvod attinet, facem qvi præferrent, pauci admodum inventi. Fuêre qvidem Nathan Chytreus *monument. Europæ. pag.* 579. *ad pag.* 604., Laurentius Aſſerous, Nicolaus Helvaderus *Sylv. Chronol. Circuli Baltici lib.* 1. *cap.* 11., Th. Bartholinus *Ciſt. Med.* & Er.

Vindin-

Vindingius *Acad. Haffn.* qvi Inſcriptiones qvasdam Daniæ obiter ediderunt, ſed paucas. Monumenta etiam Danica, Danicasq; Inſcriptiones, in Dania atq; Norvegia extantes, celeberrimus Olaus Wormius non ſine ſudore & impenſis collegit, notisq; illuſtravit & edi curavit; ſed antiqviſſimas & rariſſimas Runicas: Nos verò omnes, qvæ tum in ſuis propriis locis, tum in libris viſuntur & leguntur, collegimus, colligimusq;, & qvod allegati Autores pro Patriis ſuis tentaverunt, nos pro Daniâ auſi ſumus & audebimus.

Dictis cauſis & exemplis adducti communicamus tibi, candidiſſime Lector, Inſcriptionum maximam partem, qvæ in celebri Daniæ Metropoli & gratâ domus Regiæ ac piarum Muſarum ſede hodiernâ die extant, qvas per nonnullos Annos exſcripſimus exſcriptasq; publicas facere ſtatuimus, qvò hôc modô vindicemus à morte mortuorum nomina commiſſa Tabulis & Lapidibus pereuntibus, & incertarum Inſcriptionum ejusmodi ſenectutem perennantibus chartis reddamus certiſſimam, & per literatos lapides ſaxisq; deſcriptos patriæ Annales retroacta ſecula cum voluptate luſtremus. Voraciſſimo enim omnium rerum tempore videmus

—— *altas turres ruere & putreſcere ſaxa;*
*& mortem tandem tumulos æqvare.*

Jucundior qvidem erit hic labor, ſi ab omni obtrectatione & malevolentia liber erit. Illud ultrò profitemur, leves qvasdam aut tenues Inſcriptiones & Epitaphia intercurrere, ut avenam aut lolium in meliore fruge; cæterùm facilis eſt emendatio: Non lege, ſed elige. Nos delectant interdum qvoq; ob levem utilitatem ea qvæ non

 penitus.

penitus probamus. Typographi erratis, quæ turmatim congeſta, parcito : Hæc namq; eſt omnibus libris amariſſima ſors; publicis verò negotiis occupatiſſimo omninò ineluctabilis. Siqvid heic boni, hilari fronte excipe; ſi qvid intra ſpem, ad Veſpaſianum Imperatorem Plinii majoris illud cogita HOMINES SUMUS, tibiq; in mentem revoca, non humanæ ſed divinæ felicitatis eſſe, nullis circumveniri erroribus.

*Da veniam ſubitis: non diſplicuiſſe meretur*
*Feſtinat, Lector, qvi placuiſſe tibi:*

Et ut cum Musladino Sado *in Roſario Politico pag.* 531. *Perſicè ſcripto & à Georgio Gentio Perſicè & Latinè edito*, hanc Præfationem concludamus & definiamus,

*Tu qvi librum hunc inſpicis*
*Dei miſericordiam ora Autori,*
*Ora tibi ipſi qvoq; bona qvæ deſideras,*
*Poſtremò Libri poſſeſſori divinam gratiam.*

# INSCRIPTIONUM INDEX.


Inſcriptiones Haffnienſes 1 *Templi* B. *Virginis* pag. 1 ad pag. 114.
2 *Templi* S. *Spiritus* pag. 115. ad pag. 141.
3 *Templi D. Nicolai* pag. 142. ad p. 182.
4 *Templi Holmenſis* pag. 183. ad p. 196.
5 *Trmpli* S. *Trinitatis* pag. 197. ad p. 212.
6 *Templi* D. *Petri* pag. 213. ad p. 235.
7 *Templi* Regentiani pag. 236.
8 Novi *Templi* pag. 236.
9 *Academiæ* pag. 237. ad p. 243.
10 *Domus Anatomicæ* pag. 244. ad p. 246.
11 *Ædis* Epiſcopalis pag. 247. ad p. 249.
12 *Communitatis Regiæ* pag. 250.
13 *Domus Regentianæ* pag. 251.
14 *Domus Walchendorphianæ* pag. 252.
15 *Scholæ Trivialis* pag. 253.
16 *Byrſæ* pag. 256.
17 *Curiæ* pag. 257.
18 *Scholæ Holmenſis* pag. 260.
19 *Domus Pauperum* pag. 261.
20 *Ædium Privatarum* pag. 261.
21 *Ædium publicarum Superius omiſſarum* pag. 287.
22 *Coronationis Chriſtiani IV.* p. 289. ad p. 298
23 *Coronationis Friderici III.* pag. 299.
24 *Monarchiæ Danicæ* pag. 300. ad p. 303.
Inſcriptiones Amagrienſes pag. 304. ad p 309.
Inſcriptiones Uraniburgicæ & Stellæburgicæ pag. 310. ad finem ferè.

Qvæ in unum hoc Volumen congerere, atq; prœlo committere Patria Monumenta & Inſcriptiones decrevit Vir Conſultiſſimus Dn. D. Petrus Reſenius, Collega & Affinis Honoratiſſimus, ita perlegi, ut, cum publici jam pridem ſint juris, & hac ratione poſteritati certiùs propagentur, ad ornamentum Patriæ conferre, neq; Philoſophiæ præceptis adverſari cenſeam

*Hauniæ*
*ANN. MDCLXVIII,*
*die 7. Jul.*

ERASMIUS BARTHOLINUS
Fac. Phil. Decanus.

In Danicas Inſcriptiones

# D. D. PETRI RE-SENII JCti

*Epigramma.*

DUm nitido recitas patriæ monumenta libello,
Scribuntur foliis nomina clara tuis.
Dania condignas grates, ſi grata, rependet,
Nam laudes ſeræ poſteritatis habes.

TH. BARTHOLINUS.

Den Hæderlige / Høylærde oc Vel=
viſe Mand

# Doctor Peder Reſen /

Juris och Ethices Profeſſori, och Bor=
gemeſter udi Kjøbenhafn/ til en æres
minde for denne Boeg.

Hvad lofligt vore Formænd her
J deres Tjd bedrefve/
Det burde vj ret een och hver
Med fljd at efterlefve.
Det gafnligt var/ vj loede det
Os ſtedſe ſtaae for øye/
At vi vort lefnet och idræt
Der efter kunde føye.
Men ach! det er vor ſvagheds art:
Hvad os kand lærdom gifve/

Det

Det vi for lettelig och ſnart
I glemmebogen ſkrifve.
Saa ſlibrig er Hukommelſen!
Saa ſkrøbelig er Minde:
Som glatten Aal den glider hen/
Før vi det ſelf befinde:
Den er ſaa klejnlig och ſaa ſmært/
At den vel ſnart kand ſvækkes/
Med mindre den med noget ſært
Faſt jæfnligen opvækkes.
Och det er det/ de gamle ſig
Saa meget med umag'de/
Naar nogen/ ſom var ypperlig/
Och efter Dyd ſig lagde:
Naar hans Lig ſkulde da til baal
Udføres/ eller jordes/
Med et tænkværdigt eftermaal
Hans høye værd kundgjordes.

Af Kaabber/ Steen och andet ſligt
Mand hannem tegn opſatte.
Hvo dertil heden ſaae ſin plict
Nok kunde der af fatte.
Det var ſaa meget ſagt/ſom: Du/
Som end eſt ofven Jorde/
Sæt och til Dyden al din Hu/
Vilt du nafnkundig vorde.
Det ſeyers tegn/ Miltiades
Med Herre ſkjold fortjente/
Gaf aarſag/ at Themiſtocles
Sig ſelfver ſnart ey nændte
Til Søffn at tage Tjd/ før hand
Och kunde noget gjøre/
Som Meenighed och Fødeland
Var tækkeligt at høre.
Naar Alexander ſeer den graf/
Achilles ſig i hviler/

Hans

Hans Mandom der opvækkes af /
Och efter ære ſtiler.
Hans ſlutning er: Som denne før
Sig Heltenafn och ære
Tilvandt med Sverdet: Jeg och bør
Til aarlog friſk at være.
Jeg ſkal / ſom hand / och ſtræbe mig
Et herligt nafn at ſkrifve /
Hans dapperhed ret idelig
Mit øyemerk ſkal blifve.

Men ſee: ſaa raſk ſom glemſel er /
Blant os ſig ind at ſnige /
Och tøſſe Nafn och Gjerninger /
Som ſkulde ſtaa ved lige:
Saa graadig er och Tidſens tand /
Til det i grund at øde /
Der om vort leſnet vidne kand /
Naar vi ſlet ere døde.

Metalle=Malm och haarden Steen
Ey vares kand och gjæmmes/
For Tidſens ofverlaſt och meen/
Som dagligen fornemmes.
I Dag mand der af ſeer och veed
Vort lefnet nogenlunde /
I morgen det kand fældes need/
Och gange ſlet til grunde.
I Dag det vorder høyt opſat/
Och os til ære praler:
I morgen det henmulner plat/
Och aldrig meere taler.
Hvad hafver ſaa vor efter=Tjd?
Hvad har den om at tage?
Forglemt er baade Nafn och Id/
Slet intet er tilbage.

MEn glæd dig/ ædle Kjøbenhafn/
Det dig langt bedre lykkes/

I det

J det du ſeer / dit Folkes nafn
Ey ſaa kand undertrykkes.
Ney: Reſen den Høylærde Mand
Det her ſaaledis mager /
At / om end Tidſens ruſt och tand
En deel bort der af tager /
Och i den mørcke glemſels boeg
Det kunde ſnart indſkrifve:
Det ſkal fra Slect til anden dog
J denne boeg vedblifve.
Tak derfor hans berømte pen:
Lad hannem det hjembære /
Som hand af dig och dine tjen:
Gif hannem lof och ære.

Andreas Bording.

# Als
# Der WolEdle Veſt- und Hochgelahrte
# Herr PETRUS JOANNIS RESENIUS
J. U. D. Profeſſor Regius Publicus
& Conſul Hafnienſis
Die Lobwürdigen Inſcriptiones
herfürgab.

SO thut ein Edler Geiſt / gleichwie der Himmel thut /
Der nimmer ſtille ſteht / und / über alles Guth /
Was Ewig bleibt / beſchränckt: HERR RESEN / Eure Sachen
Gehn auch dem Himmel nach; die Euch berühmet machen
In Norden weit und breit; Das muß das Rathhaus hier /
Und dann die Hohe Schul geſtehen für und für.
Nun komt das Schöne Werck von ſo beliebten Dingen /
Wodurch wird Euer Ruhm hindurch die Wolcken dringen
Bis an der Sternen Sitz: Da werdet Ihr beſtehn /
Und hier ſoll Euer Nahm auch nimmermehr vergehn.

Adam-Friderich Werner.

# INSCRIPTIONES & MONUMENTA HAFFNIENSIA
## & qvidem
## I.
## TEMPLI B. MARIÆ SACRI

Inſcriptiones I. Templi B. Virginis.

cujus Paſtores à tempore Reformationis fuêre ſequentes:

1. Magiſter Georgius Jani Sadolinus, Concionator Wiburgenſis, primus Paſtor D. Virginis, & poſtea Epiſcopus Otthonienſis ordinatus 1537. ibidem mortuus eſt 1559. 19. Decembris.

2. M. Olaus Chryſoſtomus primùm Lector Malmogienſis, deinde Paſtor D. Virginis Haffnienſis, mox Profeſſor Lingvæ Hebrææ & S. S. Theologiæ in Academia Haffnienſi Anno 1542.,tandem vocatus ad Epiſcopatum Alburgenſem. *Hvitf. Chro. Dan. Tom. 2. in fol. pag.* 1313. *Er. Vindi. Acad. Haf. pag.* 67.

3. M. Nicolaus Palladius Ripenſis 1552. Dominicâ Qvaſi modo geniti Epiſcopus Lundenſis à fratre D. Palladio Epiſcopo Selandiæ ordinatus.

4. M. Nicolaus Caſpari Wiburgenſis ex Abbate Sorano ſucceſſor M. Georgii in Epiſcopatu Fyonenſi Anno 1560. qvi fuit Autor Gradualis, qvo hodie in Eccleſiis noſtris Danicis utimur, *teſte Hvitfeldio.*

5. M. Tycho Aſmundius. *Er. Vind. Acad. Haf. pag.* 108. *ut & Hvitfeld.*

6. M. Johannes Thomæus Theolog. Baccalaureus mortuus in officio 1573.

7. M. Eraſmus Catholmius ex Profeſſore Acad. Haf. mortuus in officio 1582. *Er. Vind. pag* 114.

8. M. Deſiderius Foſſius ex Profeſſore Acad. Haf. qvi ſponte ſua ſe abdicavit officio, ſibi Deoq; ſuo vivens paulò poſt Hafniæ mortuus eſt An. 1598. *Er. Vind. Acad. Haf. pag* 150.

9. M. Chriſtiernus Jani Concionator Aulicus Anno 16.2. tandem Canonicus Roeſchildenſis, ibidemq; mortuus.

10. M. Nicolaus Claudii Sinningius Epiſcopus Aſloienſis 1607.

11. M. Petrus Schelderupius ex Concionatore Arcis Fridericiburgenſis Epiſcopus Nidroſienſis Anno 1622.

12. M. Jacobus Haſebardus ex Profeſſore Acad. Haf. mortuus in officio 1625. *Er. Vind. Acad. Haf. pag.* 281.

13. M. Janus Dionyſii Jerſinus ex Profeſſ. Acad. Haf. tandem Epiſcopus Ripenſis 1629 *Er. Vind. Acad. Haf. pag.* 278. 279. 280.

14. M. Johannes Burchardi ex Moderatore Juventutis Principis Friderici III, nunc Daniæ &c. Regis auguſtiſſimi, Epiſcopus Ripenſis 1634.

15. M. Nicolaus Pauli Schandorfius ex Paſtore Eccl. Alburgenſis S. S. Theol. Profeſſor in Acad. Haf. 1639. *Er. Vinding. Acad. Haf, pag.* 341. *ad pag.* 346.

16. M. Vichmannus Jacobi Haſebardus ex Paſtore Eccl. S. Johan. Ottonienſ, Epiſcopus Viburgenſis 1641.

17. M. Olaus Vindius ex Paſtore Eccl. S. Hoſpit. Haf., Eccleſiaſtes Aulicus 1645., obiit 1646. 18 Auguſti.

18 M. Ericus Olai Tormius ex Profeſſore Academiæ Haffnienſis vocatus 27 Jun. 1645. obiit 2. Jun. 1667. horâ 5. matutinâ. *Er. Vind. Ac Haf. pag.* 338.

19. M. Jacobus Faber ex Paſtore Sckivenſi vocatus An. 1667. 17 Jul.

*Por-*

## *Portæ Septentrionalis.*




*Figura hæc repræſentat Chriſtum qvidem crucifixum, attamen victorioſum, Redemptorem noſtrum, unà cum qvatuor Evangeliſtis.*

## *Portæ Meridionalis ad Occidentem verſus.*




## *Juxta Portam hanc Meridionalem.*

HOC TIBI CARA MIHI POSUI CHRISTINA JOHANNIS
COSTULA DEFUNCTIS PIGNORIBUSQ; TRIBUS.
VIVE VIENNENSIS CAROLUS TIBI WORMSER ID OPTAT,
QVI GENUS AUSTRIACO SANGVINE DUXIT AVUM.
ANTE OBITUM MORIENS NON MORITURUS OBIT.
*Obiit Aug.* 8. *Anno* 1618.

Por-

*Portæ Meridionalis Orientem verſus.*




# IN CHORO

## I. EPITAPHIORUM.

*In Septentrionali Chori latere.*

**Her ligger begraffvet Er-lig oc Welbiurdig Mand / PEDER OXSE til** Ex ligno cũ Inſig.

GISLEFELD. K.
M. och Danmarcks Rigens
Hoffmeſter / ſom var H.
IOHAN OXESIS
Søn/til Niellſtrup/oc kal-
lede Gud hannem paa Fre-
derichsborg then Mandag
neſt for Simonis oc Judæ
Dag / ſom var den XXIIII.
Octobris Formiddag / der
Klocken var imellum XI.
och XII. Gud unde hannem/
med alle fromme Chriſtne /

ehn

# Ehn hæderlig oc ærefuld Opſtandelſe. Anno Domini. M. DC. LXXV.

IN NOMINE D. J. C.
*VENERABILI VIRO*
D. JOHANNI PAUL. RESENIO CIMBRO (a)
IN REGIA HAC ACADEMIA
OLIM MAGISTRO PROFESSORI PUBL. LOGIC. ANNIS VI.
HINC DOCTORI PROFESS. S. S. THEOLOG. IBID. AN. XIIX.
TANDEM EPISCOPO SIMUL SÆDLAND. ET CANONICO
ROESCHILDENSI UNA ANNIS XXIII. ET MENSIBUS III.
QVI NATUS II FEBR. ANN. M. D. LXI. OBDORMIVIT IN
DOMINO ANNO M. DC. XXXIIX. XIX. SEPTEMB.
BIS MARITO ET EX PRIMA CONJUGE
BARBARA ANDR. LAURENTII FIL.
IV. LIBERORUM PATRI POSTREMA CONJUX
ANNA ELIÆ EISENBERGII F.
*CUM SUPERSTITE FILIO*
D. D. JOHANNE RESENIO
ET FILIA
ANNA D. D. NICOLAI PASCHASII
*MOESTISS. POSUIT.*

Ex lapidibus cum inſig. & Effig.

*Symbol.*
Ora & Spera.
*Joh. 14. v. 6.*
Ego ſum via, veritas & vita.

(a) *Vide* Er. *Vinding. Acad Hafn. pag.* 175. *ad pag.* 192.

D. S. CHRI.

D. S.

Ex Alabaſt. cum Inſig.

CHRISTOPHORUS WALKENDORPHIUS
(*) DE GLORUP
HUMANÆ CONDITIONIS MEMOR
HOC SIBI MONUMENTUM VIVENS FIERI CURAVIT
QVI TRIBUS REGIBUS CHRISTIANO III. FRIDERICO II.
CHRISTIANO IV OB SINGULAREM INDUSTRIAM
ET IN REBUS ADMINISTRANDIS SEDULITATEM
SUMMAM CARUS
QVOD FAVOREM LABORIBUS RESPONDISSE SENSERIT
NUMINIS BENIGNITATI ATTRIBUIT
IDQVE IN VOTIS HABUIT
VICES FORTUNÆ VARIÆ INTERDUM GRAVES
FERENDO SUPERANTUR.
AULÆQ; MAGISTER FACTUS OECONOMIAM AD REGIS
VOTUM ITA REPARAVIT UT SUI DESIDERIUM
BENEMERITUS RELINQVERET
MORBO TANDEM GRAVI SOLUTIS VITÆ VINCULIS,
JUGI SUSPIRIO A QVO HAUSERAT DEO OPT. MAX.
SPIRITUM COMMENDAVIT.
LUXERE MUSARUM ALUMNI PATRONUM
BENEFICUM ET FAVENTEM.
*MORITUR HAFN. 1601. JANUAR. 17.*

(*) *Vide Er. Vinding Acad. Hafniens. pag. 448. ad pag. 450. Ejus effigies videri poteſt in Conſiſtorio Haffnienſi, ut & in Collegio Walkendorphiano.*

---

Ex ligno cum inſig.

GEnere & virtute Nobilis Vir OTTO Rud Domini CANUTI RUD de WEDBY Eqvitis Aurati Filius, Præfectus Regiæ Arcis Corsör, navalis belli Summus Imperator fuit, qvod cum Svecis Illuſtriſſimus Princeps FRIDERICUS II. Daniæ & Norvegiæ Rex geſſit Anno Dom. M. D. LXV.

M.DL.XV. Eodem anno, die VII. Menſis Julii hoſtem inſtructa claſſe petens cum eodem prope littora Pomeraniæ XI. Horas fortiter pugnavit, cœſisq́; multis millibus adverſæ partis V. naves inſtructiſſimas expugnavit, ſigna tenuit. Paulò poſt ſociis navalibus auxilium non portantibus, profligata claſſe, protritus, & oppreſſus eſt deſideratis in ea Nave qva vehebatur MCC. Viris, ipſe verò magno vulnere in capite accepto Navem qvæ nomen VENATORIS habebat Ictibus globorum ferreorum dehiſcentem & ſubmerſioni proximam coactus eſt Hoſti tradere & ſeſe dedere, captus autem extemplò in Sveciam delatus eſt, & ſervatus in Arce SVARENSØE, ubi Peſte correptus vitam cum morte piè commutavit XI. die Octobr. ejus Anni, cujus obitus multis inprimis autem uxori dilectiſſimæ nobili & piæ Matronæ PETRONELLÆ OXE, relictis maximæ III. Filiis totidemq́; Filiabus luctuoſus eſt. Pace verò inter Danos & Svecos compoſita oſſa humata fuerunt in Daniam deportata cura mœſtiſſimæ Conjugis & ſepulta in templo DIVÆ VIRGINIS die Julii Anno M. D. LX. ubi jam qvieſcunt & exſpectant diem futuræ Reſurrectionis atq; Gloriæ Æternæ, qvam ipſe vivus conjugali thoro ſociaverat ſibi, hanc mortuus habet ſepulchri ſociam Nobilem

bilem & præſtantem Matronam PETRONELLAM OXE Domini Johannis Oxe de Nielſtrup Eqvitis Aurati Filiam, donec dies exſpectatus aderit in qvo tertio fiet cœleſtibus gaudiis pleniſſima conjux in æterna vita cum ſanctis omnibus. Obiit autem illa Anno M. D. — Menſe — die —

Ex lapidibus cum Inſig & Effig.

D. M. S.

JOHANNI JOHANNIS RESENIO (*)

Theolo. Doctori & in hac Regia Academia Profeſſori P. Sielandiæq; Epiſcopo

*Qvi*

ærumnoſam hanc vitam cum beata commutavit

Die Dom. Palmarum Anno Chriſti M.DC.LIII.

Ætatis LVI.

*nec non*

THALIÆ WINSTRUPIÆ

Matri XIII. Liberorum

*Qvæ*

eodem Chr. Anno Annos nata XLIX.

vitam beata finivit

Parentibus hiſce piis

ben. meren.

hoc memoriæ monumentnm

Filii & Filiæ

lugentes meritoq; poni curavêre

Anno Chr. M. DC. LVII.

*Spero dum ſpiro mea ſpes eſt unica Chriſtus.*

(*) *Vid. Er. Vinding. Acad. Haſn. pag. 298. ad pag. 306.*

D.O.M. Et

D. O. M. Ex lapidibus

*Et memoriæ perenni*
*Parentum optimorum*

DN. LAUR. MART. SCAVENII(*)

*S.S. Theolog. D. Profeſſ. & Zelad. Epiſcopi*
*Qvi An. M D. LXXXIX. in lucem editus*
*a puero ſtud. bonarum Artium innutritus*
*Animum porro in peregrinationibus*
*per German. Helvet. Gall. & Belgium*
*uberiore doctrina exornavit*
*qvum in Schola Paſto. Profeſſ. & Epiſcop. munere*
*ab An. M DC. XX. ad diem obitus An. M. DC. LV.*
*ea ſolertia integritate prudentia impendit,*
*ut Deo Pietatem Regi Fidem Auditoribus diligentiam*
*cunctis viri boni officium probarit,*
*nec non*

ELISÆ PETREÆ

*qvæ nata An. M.DC.I. & facta Conjux An. M.DC.XX.*
*fœcunda XV. liberorum Mater*
*totam vitam raro Pietatis Pudicitiæ*
*ac conjugalis amoris exemplo*
*ad An. M. DC. LIII. tranſegit*
*debitæ pietatis & amoris*
*erga Parentes benemeritos monumento hoc*

*ſubjectum tumulum exornandum curarunt*
*tres ſuperſtites Liberi*
Petrus, Martinus, Eliſa Scaven.
*An. Chr. M.DC.LXIII.*

(*) *De eo vide Er. Vinding. Acad. Haf. pag. 345. ad pag. 451.*

---

Ex lapidibus cum Inſig. & Effig.

D. O. M. S.
CASP. BARTHOLIN. MALMOG.
(*) Theolog. Med. ac Philoſoph. Doct.
Reg. Acad. Hafn. P P & Roſch. Cap. Canonic.
Ingenio Divino, diſſerendiq; acumine,
Pietate, Prudentia, Juſtitia, Integritate,
ſingulisq; inſerviendi voluntate
non domi minus XVII. An. in Artium Human.
Med. ac Theol Profeſſ. Regniq; Gymnaſiis
vel Regio juſſu deſtinata induſtria:
qvam Foris in meliore Orbi. Europ. variis
obitis peregrin. & monum. editis
Nobilitato:
ex Recturæ Acad. iterat. & honore & onere
in cœleſt. Patriam immat. morte evocato
ANNA FINCHIA
cum VI. Fil. & I. Filia ſuperſtes,
Amoris Fideiq; Cônjug. &
peren. deſiderii Monum.
B. M. P. C. M.

Soræ

Soræ obiit XIII. Jul. M. DC. XXIX.
cum annos vixiſſet XLIIII.
& Menſes V.

(*) *Vide Thom. Bartholini Ciſtam Medicam à pag. 294. ad pag. 309. Item Er. Vinding Ac. Haf. pag. 244. ad pag. 254.*

## *In meridionali chori latere.*

*In Nomine D. J.*
D. PETRO JAN. WINSTRUP (*)
*Hafn. olim Mag. Lect. S. S.
Th. Aarh. Ann. II. poſt Paſtori
ad S. Hoſpital. Hafn. Ann. IX.
hinc Epiſcopo, tum illic
viciſſim Ann. IV. tum heic
rurſus, ſicut tunc ſimul
Doct. Theolog. in Reg. Acad. & Canon.
Roiskild. Anno XXIII.
P. Anna Eiſenberg C. L.
qvi natus A.* CIↃ IↃX LIX.
*XIIX. Martii exſpiravit
in D. XXIV. Jun. Anno*
CIↃ IↃC XIV.

Ex Alabaſt. cum Statua.

(*) *Vide Er. Vinding. Acad. Hafniens. pag. 170. ad pag. 175.*

Ex lapidibus cum Inſig & Effig.

ΕΝΟΣ ΧΡΕΙΑ
*Luc. cap. X. verſ. XLI.*
Sufficit mihi Gratia tua Domine.
*II. Cor XII. v. IX.*
CASPARUS ERASMIUS BROCHMAND (*)
Selandiæ Epiſcopus in Regia Academia
Hafnienſi Facultatis Theologicæ Senior
ac Decanus
&
SILLIA BALKENBURGIA CONJUX
hoc monumentum
ſibi & tribus liberis pie defunctis
vivi poſuére
Anno Chriſti M. DC. XLVII.
ille vitam beatus finiit Anno 1652.
Ætatis ſuæ Anno 67. Hæc autem pie
obiit Anno 1661. in Jul. annos nata 80.
*Apoc. 22. v. 20.*
Veni Domine Jeſu, veni cito.

(*) *Vide Eras. Viudingii Acad. Hafn. pag. 233. ad pag. 245.*

Ex Alabaſt. cum Inſig. & Effig.

JOHANNI FRIIS ab HESSELA-
GER (*) VIRO CLARIS.
de Regibus & Repub. Daniæ plurimis
& maximis in rebus benemerito
FRIDERICI I. Vice-Cancellario CHRI-

STI-

STIANI verò III & FRIDERICI II, Cancellario fideliſſ, & prudentiſſ, cujus conſilio & auctoritate Eccleſiæ & Scholæ Diſciplina & reditibus ornatæ ſunt Legum emendatione Reipubl. forma ſtabilita qvi poſteaqvàm Familiæ ſuæ decus virtute & meritis amplificaſſet vegetâ ſenectâ ſed annorum ſatur vitam naturæ ſpiritum Servatori Deo plenus fide & ſpe reddidit.

Moritur Coagii 5. Dec. Anno 1570.
Hæredes Patruo. B. M. Poſ.
Vince Bono
Malum.

(*) *Vide Vindingii Acad. Hafniens. pag.* 24. *& pag.* 445. 446. 447. 448.

DEO
trino & uni
Gloria
16 25
Memoriæ
Illuſtris & Generoſi Viri

Ex lapidibus cum Inſig.

CHRI-

CHRISTIANI FRIS de BORBY (*)
cujus innata Virtus
Literis & uſu domi foriſq;
ſedulo exculta
in Aula & Archivo Ser. Regis
FRIDERICI II. probata & approbata
regimine variarum Præfecturarum
gnaviter exercitata
ipſum tandem
ad ſummam Archivi Ser. Regis
CHRISTIANI IV. gubernationem
& ſedem Regni Senatoriam evexit
ubi fideliter atq; prudenter
Annis XX. exantlatis
inſigni Regis favore
magno Reipubl. fructu & applauſu
demum in Comitiis Norvegicis
in navi Regia piè obiit 29. Jul.
Anno Chriſti 1616. Æt. 59½.
nec non
Generoſæ ipſius Conjugis
METTÆ HARDNBERG
de Schioldmoſe
qvæ cum ipſo fida ſocia vixit
pie & caſte Annos XXXI.
dies qvi ſupererant pauci
Viduitatis integritate vitæ ac

ac Redemptionis ſpe refocillans
animam Deo reddidit 15. Jun.
Anno Chriſti 1617.
Ætatis 54.
Honoris & Gratitudinis ergo hoc ſcripſit & poni curavit
PALLAS ROSENCRANTZ de Krenkerup.

Hunc monumento hoc ſeqventi honoravit
magnus Poëta Willichius Weſthovius.
*Magnificus & Generoſus Vir*
CHRISTIANUS FRISIUS de Borby
*inſignibus gravium meritorum titulis*
*Regi ac Reipubl. Danorum*
*deſiderabilis venerabilis*
*idq; juſto exercitæ virtutis omine.*
*Primum*
*Friderico II. D. R.*
*in ſecretis regni archivis*
*taciturna fidelitate aſſiduus.*
*Exinde*
*Chriſtiano IV. Patriæq; Regno*
*per XX. annorum periodos*
*Cancellarius Senator*
*ingenii fideiq; dexteritate Magnus*
*ejusdem*
*provida conſultæ autoritatis magnificentiâ*

*Sacros Religionis legum literarum uſus*
*fovit adauxit tutata eſt.*
*Ejusdem munifica*
*tam in honeſtarum Artium Sectatores*
*qvam nullos non rerum egenos liberalitas*
*obſcura nemini eſſe potuit.*
*Optabiles rerum ac negotiorum ſucceſſus*
*faventi Numinis indulgentiæ*
*pia viri modeſtia*
*adſcripſit.*
*Innumeras variorum itinerum moleſtias*
*operoſis Reipubl. negociis impenſas*
*minime capit arcta brevis tabulæ anguſtia.*
*Omnes fatalis demum clauſit expeditio*
*qvâ*
*Regem ac Dominum Chriſtianum IV.*
*navali profectione comitatus*
*apud Aſloam Norrigiæ oppidum*
*(VI Calend. Sextil.* cIↄ. cI. xvi.)
*uſurariam fœlicis Animæ poſſeſſionem*
*locatori Deo reddidit:*
*Cujus tranſitum*
*complures turbida luctuoſi cordis mœſtitudine proſeqvuntur*
*omnes gratabundo cœlitum amplexui religioſa votorum*
*pietate commendant*
***W. W.***

(*) *Vide Er. Vinding. Acad. Hafn. à pag. 30. ad pag. 36.*

Ex-

Exeqviæ perilluſtris ac generoſiſſimi Herois Chriſtiani Thomæi Sehe-ſted (a) Cancellarii Regii, Regni Senatoris, Eqvitis Aurati &c., factæ ſunt in hoc Templo Anno 1657. qvi circa horam nonam Menſe Auguſto exſpiravit, cùm vixiſſet annos ſexaginta ſeptem, qvinqve menſes, decem & octo dies.

Siſte viator
&
tumulum intuere
æternæ memoriæ Herois
immortali vita digniſſimi
æternaq; donati
Dn. CHRISTIANI THOMÆI SEHESTED
cujus afflictiſſimo patriæ ſtatu diuturniora
merita mors nobis
vitam indignatio in nos divinâ abſtulit:
Qvi Regni Daniæ Senator duos ac triginta annos
& Cancellarius Regius decem & ſeptem fuerat
Chriſtianarum vero virtutum ab ortu vitæ
ac heroicarum ad exitum uſqve vitæ exemplum
novennali per Germaniam, Italiam,

 Gal-

Galliam & Angliam peregrinatione
ut nihil mirari.
ſic cuncta mortalia deſpicere
didicit.
Legationibus variis ad Hiſpanos Anglos Belgas
Germanos Svecos
ſplendorem aularum & pompam inter fortunæ
ludibria habere ſibi edoctus
earum ad R. P. fructum retulit
ſanctitatem priſcam retinuit
pietatem & religionem
qvam multos ubiqve mentiri viderat
ſincere ac conſtantiſſime exemplo & patrocinio
tuebatur
acerrime autem animoq; invictiſſimo poſtqvam illius
& juſta Muſarum Patriæ Deo & Rege datus erat
publicus vindex
privatas res ſuas
(qvod unum eſt ſeculi noſtri miraculum)
R. P. haudqvaqvam prætulit
bonis omnibus favit
optimos promovit
malos ferre non potuit
in omnes beneficus
ſuſtentavit egenos
& in eo ſive homine ſive Heroe qvid deſideraveris
niſi

niſi qvod mori qvotidie voluerit
qvem qvotidie mortem meditari ipſa morum & vultus gravitas
oſtendebat
cujus vitam
Rex proceres & populus
clade multorum
ſed afflicti ſuamet vita redemiſſent
ut patria poſteriq; valerent.
Abi viator
& hoc qvoq; Cancellarium in exemplum poſteris vixiſſe
qvod libens mori Heros voluerit
cogita.
ERASMUS JOH. BROCHMAND, R. & Eq.
Ac. Sor. p. t. Decan. & Hiſtor. ac Pol. ib. Prof. Publ.

## EPITAPHIUM.

Inhibe coactos præfica fletus
Siſtunt ad urnam hanc Funere leſſos
Letho datus eſt magnus Heros.

*Qvod Natura potuit, genus dedit ac Nobilitatem*
*qvod fortuna, dignitatem ac decus*
*qvod amor, devotas omnium mentes*
*qvod virtus, innocentiam ac pietatem*
*qvod pietas, immortalitatem dedit ac beatas ſedes:*
*Ex iſtis genus cognoſcis & nomen*
*VIATOR*
*conjicis denicales ferias*

 *juſti-*

juſtitiumq́ toti Daniæ
lugenti beatiſſimos cineres
CHRISTIANI THOMÆI
qvi
ex Illuſtri SEHESTEDIORUM ortus familia
pietate & optimis imbutus præceptis
omni, qvod mirere, caruit infantia.
Adhuc Juvenis
legatione ad Hiſpanos oſtendit ſe Hiſpanis
qvalis eſſet
& viſus eſt Danis
qvalis eſſet futurus
qvi ætatis jura feliciter anteverterat.
Ita prima ætatis parte ſe omnibus commendavit
qvi pro Regibus ortus erat.
Amplexus ejus virtutes eſt CHRISTIANUS Magnus
ut filiis Regiis adhiberetur.
Præeſſe moribus Principum debuit
cujus tota vita morum ſanctitas
qva meruit Nobilem Virginem
METTAM ROSENKRANTZIAM
cujus raras virtutes ſi qværis
ſcias filiam fuiſſe
OLIGERI ROSENKRANTZII.
Cum ea pater octo & trium liberorum
ita vixit annos viginti qvatuor

ut

*ut plures optaſſet.*
*In primas Regni Danici curas vocatus*
*admitti ſtatim ad ſecretiora Regum conſilia debebat*
*qui legibus erat datus.*
*Elegiſſet eum ſibi FRIDERICUS*
*niſi id ante feciſſet PATER.*
*Sibi conſulere neſciebat generoſus animus*
*ut publico commodius conſuleret.*
*Regis Regni, Patriæ utilitati intentus neglexit ſuam.*
*Ita dum mortalem ſe meminit*
*ante mortem immortalis*
*proſperos Regi ſucceſſus*
*felix Regno incrementum*
*creſcentem patriæ gloriam*
*exoptans*
*æterna in illud tempus dilata gaudia*
*anno ſeptimo ſupra ſexageſimum ſecurus admittit.*
*Ne quis in teſtamento præteritum ſe quereretur*
*felicibus pietatis & modeſtiæ*
*miſeris patientiæ*
*aulæ miniſtris fidei & candoris*
*exemplum*
*Muſis languorem*
*Heroibus optimam vivendi formam*
*omnibus deſiderium ſui*
*reliquit.*

*Ad-*

*Adeſte luctuum ſocii*
*qvos gaudiorum optaremus.*
Her under hviler Erlig och Welbyrdig Friderich Friß af Boller och Faurſ houf ſom vaar Erlig och Welb. Mand Mogens Friis til Boller och Faurſkouf etc. Koning Friderich den III Raad *Aſſeſſor* udi Cammer *Collegio* och Befalnings Mand ofver Liſter och Mandals Lehne udi Norge/och Erlig och Welbyrdig Frue Anne Mariæ Offenberg deris Søn ſom vaar fød udi Kiøbenhafn Aar 1663 den 15 *Octob.* och kallede Gud hannem ſamme Sted Aar 1665 den 29 *Auguſti* effter at hand hafde leffved her i Verden 2 Aar ringer 6 Ugger / Gud giffve hannem med alle Tro Chriſtne paa den yderſte Domme Dag en glædelig och ærefuld Opſtandelſe.

# EXTRA CHORUM
## *In media Templi parte.*
## I.
# EPITAPHIORUM.

Ex ligno Cum Effig. & Inſig.

Clariſſimo Viro Doctrina, pietate, virtute atq; prudentia excellenti Dno JOHANNI FRANCISCO (h) Ripenſi facultatis Medicæ Doctori eximio, Poetæ atqve Muſico ſummo, Marito dulciſſimo qvi Ætatis LII anno Chriſti vero 1584 die 4 Julii ex vita hac migravit, uxor mœſtiſſima MARINA LAURENTII filia, poſtqvam cum eo in ſancto ac placido conjugio annos 23 vixiſſet, ac ipſe in hac Academia Ann. 24 profeſſionem medicam fideliter & cum Auditorum fructu docuiſſet in Poſteritatis memoriam monumentum hoc fieri curavit.

(h) *De eo vid. Er. Vind. Acad. Hafn. pag.* 110 *ad pag* 114.

---

Ex ligno cum Effig.

*Anno* 1560. 6 *Cal. Auguſti*

*Cum ter qvinq; ſuæ complerat Luſtra ſenectæ*
*Doctor* CHRISTIERNUS (i) *triſtia fata tulit*
*Vir bonus & MEDICÆ Doctor celeberrimus artis,*
*Qvi ſummo geſſit munia digna viro:*
*Profuit Hafniacæ Rectorq; Paterq; juventæ,*
*Profuit & Patriæ gloria prima ſuæ.*
*Membra levi nunc hic defuncta teguntur ab urna*
*Mens cum cœlicolis illius aſtra tenet.*

(i) *De eo vide Eraſ. Vind: Acad. Hafn pag.* 61, 62, 64.

---

Ex lapidibus cum Inſig. & Effig.

D. O. M. S.

NICOLAO PETRÆO (k)

S. S. Theol, ac Philoſoph, Doct, Viro ab ingenio

nio & induſtria incomparabili. Qvi poſtqvam varias Germ. & Gall. Acad. luſtraſſet inq; Regia hac prius per qvadriennium ferme oriental. ling. vari. Profeſſ. fructuoſe egiſſet ac poſt per totidem Ann. cum ſemeſtri Cathedram Theolog. Religioſe animaſſet, animam creatori ſuo IV Octob. Anno J. Ch. M.DC. XXXIV Ætatis vero XXXIV piè reddidit.

MEDEA WINSTRUPIA

Cum IV Filiabus, præmiſſis II Filiis poſt conjugi. VI Ann. & V Menſ. ſuperſtes, Marito deſideratiſſ. hoc monumentum P. C. mœſtiſſ.

(k) *De eo vid. Er. Vind. Acad. Haf. pag. 206 ad pag. 311.*

---

| | | |
|---|---|---|
| Her Jørgen Podebuſch Ridder til Kragerup Herr Preben Podebuſch ſøn hans Faderne och Moderne. 1559. | Fru Emengaard Bilde / Her anders Bildiß Daatter Salig Her Jorgen Podebuſkis eſſterleffverſke Faderne och Moderne. 1559. | Ex ligno cum Inſig. & Effig. |

---

*Virtute & Genere nobili ALBERTO OXO de Nielſtrup, JOHANNIS OXI Aurati Eqvitis Filio dulciſſimo Marito, qvi pie ex hac vita migravit 7 die Septembris Anno 1577 in Hylleröd juxta Friderichsburgum uxor Mœſtiſſ. Nobilis domina CICELIA WRNE de Boſerup memor Futuræ æternæ cum illo & glorioſæ conſvetudinis fieri Fecit.* Ex ligno cum Inſig. & Effig.

D. O. M. S.

Piis manibus

Ex lapidibus Virtute & Integritate præſtantiſſ. Viri SEVERINI SEVERINI F. Civis hujus urbis Primarii feudi qvondam & Arcis Helſingburgenſis Protonotarii fideliſſ. Qui Hothersneſiii Anno 1575 familia iſtius loci utrinq; apprime honorata oriundus, animam Chriſto Redemptori ſuo reddidit Decem. 23 Anno 1618, Nec non, Lectiſſ. ſuæ Conjugis honeſtiſſ. Matronæ INGERÆ Viri Spectatæ virtutis & fidei p. m. JOANNIS SCHYTTE Senatoris olim Reipub Hafnienſis prudentiſſ. Ex uxore dilectiſſ. Matrona Pientiſſ. GERTRUDA GEORGII nata progenio, filiæ ſvaviſſ. Qvæ Hafniæ nata 9 Martii Anno 1588 feliciter occubuit Anno. 16.

Quorum Omnium hic exuviæ reqvieſcunt in ſpe indubitatæ reſurrectionis ac glorioſæ in Chriſto Exultationis.

Vivo non morior ſum vitam morte lucratus.

---

D. O. M. S.

Hoc tegitur tumulo.

PHILIPPUS JULIUS BORNEMANN pervetuſta apud Stadenſes BORNEMANNORUM familia, nobiliq; VON DER MEDEN ſtirpe prognatus: Primum illuſtriſſimi Comitis Oldenburgici & Reverendiſſ. ac Celſiſſimi Principis JOH. FRIDERICI Archiepiſcopi Brem. & Lubecenſis, deinde duorum Potentiſſimorum Daniæ Regum, divi Parentis CHRISTIANI IV & Auguſtiſſimi filii FRIDERICI III XXVI annorum ſpa-

ſpatio Secretarius intimus. Maritus heic itidem recubantis lectiſſimæ Matronæ HEDVIGÆ ZOEGÆ Parens XI Liberorum qvorum IV filii III filiæ hodieq; ſuperſunt. Vitam non ſine acerbo ſuorum omniumq; bonorum luctu finiit Anno M. DC LII die IX Auguſti Annos natus LII. M. XI D. VII. Vir Sincera pietate, priſca fide, antiqva probitate nulli ſecundus. Deum timens Regi obſeqvens, Reipubl. amans in egenos beneficus, nemini gravis, omnibus, qveis, potuit commodus de qvo in vita jure qveſtus eſt nemo, qvòd præproperè obiit dolent omnes. Tu qvisqvis hæc legis ipſi æternum gaudeat ferraq; ne gravis ſit precare. Have & mortalitatis tuæ memor æternitatem cogita.

---

*Coldingæ genitus Juvenis ſex luſtra videbam*
*Poſtea eram civis conſul & Hafniacus*
*Bis nupſi tredecim genui benedictus obivi*
*Eſt anima in cœlo corpus in hoc tumulo.* Ex lapidibus cum Inſig. & Effig.

Her neder hviler S. Jfver Povelſen fordum Borgemeſter i Kiøbenhafn ſom døde den 18 *Februarii*, *Anno* 1622. Med ſin kiere Huſtru Karen Peders Muncksdaatter ſom fødde hannem 13 Børn paa 20 Aarstid och:

Af hvilcke Børn 8 for deris Fader er henſofvet och

haſ-

hafver fornefnte Karen Peders Munksdaatter med ſine kiere Børen ladet dette *Monument* Bekoſte ſin kiere S. Hosbond och deris kiere S. Fader til ære.

---

In lapidibus

D. O. M. S.

*Memoriæ & meritis optimi*
*& Prudentiſſimi Viri*
*CHRISTIANI HAMMERI HAFNIENSIS. QVI*
*Exacto tenellæ ætatis flore varis*
*Sereniſſimi Regiæ Majeſt. negotiis procurandis,*
*Rebus nauticis & diſpenſandis Regiis Stipendiis*
*Anno X. Adhibitus ſpartam ea judicii ac*
*Induſtriæ dexteritate ornavit ut Regi &*
*bonis omnibus ubiqve gratiſſimus extiterit.*
*Periclitanti Autem Regiæ Claſſi cum indefeſſam*
*operam Locaret, Imbecillitate & Morbo oppreſſus*
*Obiit Anno M. DC. IX, I Calend. Janvarii*
*Ætatis LV ſub vicino pulvere Glorioſam*
*Reſurrectionem expectanti*
*Jacobus Michaelius, Relictæ uxoris Marit: II &*
*Anna Martini F. utriusqve Conjunx Dulciſſ. cœleſtis*
*ac Sempiternæ Fœlicitatis Societatem ſperantes*
*hoc monumentum F. F.*

1 6 1 8.

*Ante obitum moriens non moriturus obit.*

---

Joh.

Joh. 5. v. 24.

Vir hic infra dictus loco nom- ordin. virtu. Ingen. &c. Ornatiſſ. 15 4 Martii Cartemundæ in Fion: bonis prognatus. Patre Johan. Jani Viro ibid. Conſule digniſſ. Matre verò Anna Joh. Clementis in ibi etiam Conſulis F. piiſſ. Anno 1628 Auguſti 1 Circiter II noctis lucta Feb. in læt. Cataſtr. mutata pie expiravit. Ex lapidibus cum Effig.

D. O. M. S.

Lectiſſ ſuæ Conjugi piiſſ. & honoratiſſ. Matronæ MARIÆ JANI Schytte. B. M. Senatoris heic graviſſ. filiæ Laurentius Johann: Olim R. M. Prætor nunc Senator prudentiſſ: hoc gratiſſ. animi monumentum B. merenti mœrens P.

Hæc nata Anno 1589 Decemb. 8. Anno 1610 Junii 24 nupta Anno 1626 May 29 inter pia ſuſpiria Spiritu Redemptori reddito placide obdormivit.

---

Her liiger begrafven Erlig och Welbyrdig Mand Hans Johanſen af Jobiſlet hvis Gaard ſom har fuld Ex ligno cum Inſign.

— — — — — — —

---

*Anno Dni.* 1568 Thend 27 Dag *September* kallede Gud ſalige Hans Johanſen til Fobeſlet her udi Kiøbenhafn och blef begrafvet her udi Vor Frue Kircke Then 10 Dag *October Anno Domini* 1257. Thend 2 Dag *Junii* kallede Gud Salige Frue Jaaborg til Egehuß paa Fobeſlet och blef begrafven hoor kendis Salige Husbon Then 7 Dag *Septemb.* Gud gifve thennom Bode en glædelig och en ærefuld Opſtandelſe. Ex ligno cum Inſig. & Effig.

---

Nobiles & generoſi FRIDERICUS cum Fratre ſuo MARTINO Filii JOHANNIS BERNECHOV de Ex ligno cum Inſig. & Effig.

L Birch-

Birchholm & Caſtiſſimæ Dominæ METTÆ OXE Nepotes Domini JOHANNIS OXE de Nilſtrup Equitis Aurati cum ob præclaram indolem & eruditionem ſummam de ſe expectationem reliqviſſent immatura morte pie obierunt ille Anno Chriſti 1570 die 6 Septemb. Ætatis ſuæ Anno 19 hic vero Anno Chriſti 1577 die 22 Novemb. Anno Ætatis ſuæ 23 & cum generoſo ESHILLO OXE de Lœgis moſe hic una Sepulti ſunt.

---

Ex lapidibus cum Inſig. & Effig.

*Viro conſultiſſ. Clariſſ.*
*CLAUDIO PLUMIO (l)*
*J. U. D. ac P. P. in Reg. Acad. Hafn.*
*Per XXXII Ann. celeberr. qvater*
*interea Rectori, & bis marito*
*ac ex utroq; Conjugio XIIX*
*Liberorum Patri, relicta Vidua*
*KIRSTINA CONRADI FIL. cum Li-*
*beris Superſtitibus hoc monu-*
*mentum moeſtiſſimè poni*
*curavit Anno M. D. CL*

(l) *De eo Vid. Er. Vind. Acad. Haf. pag. 273 ad pag. 278.*

---

Ex ligno cum Inſig. & Effig.

Her ligger begrafven Erlig och Welbyrdig Frue Fru METTE Her JOHAN OXIS Hoſtru til Nielſtrup / ſom var Her MOGENS OXES Datter til Krencherop och hafde hendis Salige Hosbonde och hun V Sønner och VII Døttre effter thennom/och Døde hun i Kiøbenhafn Aar M. D.XXXVI

Den

**Den Almectigſte Gud giffve hende en glædelig Opſtandelſe med alle Chriſtne.**

Her ligger begrafven Erlig och Welbyrdig Mand Salig JØRGEN BRADE til Toſtrup Her TYGHE BRADIS Søn ſom døde i Kiøbenhafn de XXI Dag Junii Aar 1565 Gud give hannem en glædelig Opſtandelſe. Her ligger begrafven Erlig och Welb. Frue Fru Inger Salig Jørgen Bradiß/ Her Johan Oxis Daatter til Nielſtrup ſom døde Aar 1592. Ex ligno cum Inſig & Effig.

Doctiſſ. & Humaniſſ. Viro Domino JOHANNI FRANCISCO Ripenſi (m) Medicinæ Galenicæ Doctori Poetæ & Muſico Eximio, omnibusq; bonis charo. Ex ligno

Si mortale nihil deceat perferre Camœnas
Siq; Poëtarum vita perennis erit,
Arte Machaonia docuit qvi primus Apollo
Si Libitina tuum jus inhibere licet,
Muſica lætitiæ genitus con victus amicus
Si cita Parcarum ſiſtere fila qveant.
Qværis in hoc tumulo cur condidit oſſa Johannes
Franciſcus? curq; is concidit ante diem?
Quem Muſæ & Charites adeo coluêre, qvod inter
Præcipuos vates nomen habere darent.
Et cui contribuit facundi cura Galeni,
Conſpicuus Medica Doctor ut arte foret.
Muſica mentem hilarem, facilis convictus amicos,
Egregium mores attribuere decus.
Ille ſevera tamen poterat nec flectere fata,
Et multo luſtris plus ſupereſſe decem.
Scilicet eſt certi præfixus terminus ævi,
Qvem ſuperare neqvit; ſtat ſua cuiq; dies.

Nec mors ſæva ulli parcet, licet ipſe Machaon
Arte ſiet Medica, carminibusq; Maro.
Orphea ſeu cantu ſuperet, ſeu Theſea amore,
Eſt adeò claris Mors inimica Viris.
Ergo nihil mirum eſt, qvod fatis ceſſit iniqvis
Vir qvi perpetuo vivere dignus erat.
Forſitan & mores, hominum terrasq; peroſus
Optabat Superis civis adeſſe diis.
Nec fruſtratus in hoc Chriſto duce gaudet Olympo
Hic ſine fine qvies, vita ſalusq; datur.
Obiit Anno M. D. LXXXIIII Ætatis ſuæ LII Amico poſt fata qvod vivo addixit TYCHO BRAHE. F H A F

In patrui vero memoriam collapſum reſtitui curavit. C. P. D. (Claudius Plumius Doctor) Anno M. DC. XXII.

(m) *De eo Vide Thom. Barthol. Ciſtam Medicam à pag.* 68 *ad pag.* 77. *Item Eras. Vind. Acad Hafn. pag.* 110 *ad pag.* 114. *ut & Gaſſend. de Vit. Tych. pag. mihi* 261. *&* 262.

## II.

## LAPIDUM SEPULCHRALIUM.

Her ligger begrafven Erlig och Gudfrøctige Qvinde Marine Eſpens Daatter Doctor Peder Winſtrups Hustru ſom udi Herren henſoff den 10 Septemb. Anno M. D.

Sampt deris 2 Døttre.

*D. O. M. S.*

*Cla: ac Nobil. Vir SEBASTIANUS SCHWENDIUS, Dan. Reg. CHRIST. III. & FRIDER. II*

*Aſe-*

*A Secretis cum conj. ANNA SCULTEN &*
*duob. Libe. hic Qvieſcit.*
*Marmor Anno M. D, LXIII Poſ. ANDR.*
*& MARGAR. SCHWENDII*
*ſibi Suisqve*
*bono conſenſu Renovari C. M. DC. XXXII.*

---

Her leagger Erlig och Welbyrdig Mand PEDER GAODSHE til Ltemarck ſom vaar Kongl. May. Befalnings Mand paa Kiøbenhafns Slott och Lhen udi XX Aar til Gud kallede hannem Anno Chriſti 1557 den 8 Dag April hvis Siel Gud haffver.

---

Her ligger begrafven Erlig Gudfrøctig och Salig Qvinde Her Niels Hermandſens ſom bode udi Fors-løf och døde her i Kiøbenhafn den 1 Martii Anno 1626 udi hendis Alders 75 Aar.

---

M. OLUF RHUMAN Profeſſor och hans Huſtruer Dorothea Hansdaatter / Bodil Hansdaatter och Dorothea Jens Daatter med beage deris Børn ſom ligger her under begraf-ne til en god afmindelſe.

Chriſtus er mit Liff døden er mit baade derfor enten Jeg leff-ver eller døer ſaa hør jeg HErren til.

Anno 1632.

---

# NICOLAUS PETRÆUS

## S S. Theologiæ & Philoſophiæ D. &c.

Poſt varios Reipub. exantlatos labores mortalibus heic ſubtus depoſitis exuviis cum II Filiis Petro & Nicolao Poſthumo Glorioſam Archangeli tubam præſtolatur.

---

Her under hviler S. Jfver Povelſen fordum Borgemeſter her i Kiøbenhaffn ſom døde den 18 Februari 1622 i ſin Alders 55 Aar och hans kiere Huſtru S. Karen Pevers daatter Munck ſom døde den 10 April 1650 med 9 af deris ſallige kiere Børn/ hvilcke Gud alle en gledelig Opſtandelſe forleene.

---

Præſtantiſſimus vir Juvenis JANUS ERASMI Broberg Patre conſultiſſimo Eraſmo Nicolai Conſule Civitatis Aarhuſienſis primario & honeſtiſſ. Matrona Magdalena Matthiæ Experientiſſ. Dn. Doct. Matthiæ Jacobi Archiatri qvondam Regii Filia natus & Theologiæ in Acad. Haf Sedulus cultor Anno æta. XXII die VI Auguſt. 1652 Hafniæ placide demortuus ex hac urna tubam Angelicam lætus expectat.

---

*Filiolis in Domino beatis*

*CHRISTIANO*

*&*

BE-

*BENEDICTÆ*
*Hic in ſpe qvieſcentibus*
*Monumentum hoc poſue-*
*runt Parentes*
*JOAN: CHRI. ALB. P. HETTING*
*ANNA CHR. F.*
*Anno* 1651.
*Joh.* 14.
*Vivo & vos vivetis.*

---

*III.*

Cipporum.
J. H. S.

M. Georgius Fromius olim Mathematum Profeſſor in Academia Hafnienſi Anno M. DC. LI. XIX Auguſt. Ætatis ſuæ XLVI Conjugii vero Ann. V. Menſ. IV mortuus.

Ex hoc tumulo
Glorioſam exſpectat mortuorum
reſurrectionem

---

JOHANNES GEORGII FROMIUS.
Ingentis ſpei Adoleſcens

dum

dum prætextam ponere & foro ſe ſiſtere parat
togam ſumturus
primo tyrocinii die lugubri caſu Purpuratus mortis
declaratur ſed mox inter ſupremi fori Candida-
tos receptus exactis nondum annis undeviginti
Uno gradu omnes honorum laudumq́; titulos ſu-
peravit obiit Anno cIↃ IↃ cLXVI.
Calendis qvint.

## EXTRA CHORUM.
*In altera Templi parte*

I.

## EPITAPHIORUM.

*JOHANNIS MULENII GEORGII F.*
*& Conjugis ipſius Chariſſimæ*
*MARIÆ GEORGII F. BRODT.*
*ipſorumqve Filiorum*
*VICHMANNI & OLIGERI*
*MULENIORUM*
*Conditorium.*
*Anno*
*M. DC. LXVI.*

Spes mea Chriſtus.
Bruno Jacobi Oculiſt und Chyrurgus in Oſtfrieslandt zu Olderheimb geboren/von Könning Christiano 4 löblich gedenck-nis

nus Anno 1642 zu Ottenſee in Fynen Privilegerit Anno 1651 von Könning Frederico confirmirit Anno 1653 von Könning Frederico alhie in Kopenhagen privilegerit / hat dieſes Epitaphium Sich und ſeinen lieben Hausfrawen Kinderen und Erben zum gedechtnus Aufrichten laſſen.

Drei Heuſer hat mir Gott gegeben
In einem Haus ich itzt noch leben
So lange Gott wil iſt mein Ziel
Wen er mich Rufft iſt, auch mein wil
Als dan wil ich das ander Haus
Bewonen und ſanft ſchlaffen aus
Biß der jungſte Tag heran bricht
Und Chriſti freundliches Angeſicht

Mir erſcheint in die Welchen klar/
Da fengt ſich an ein newes Jahr
Und beſitze dar das dritte Haus
In Ewigkeit kom ich nich daraus
Dar in hab ich das ewige Gut
Durch meines HErrn Chriſti Blut
Darauf wil ich leben und Sterben
Und das dritte Haus ererben

Jitz lebe ich noch ſo lange Gott wil
Der iſt alzeit meines lebens Ziel.

## II.
## LAPIDUM SEPULCHRALIUM.
## Locus Sepulturæ Viri Clariſſ. M. JOANNIS DOLMARI UXORIS & Liberorum.

Her ligger begrafven Erlig Wiiß och Welfornemme Mand Oluff Martzøn ſom haffver vered Borgemeſter och Raadmand her i Kiøbenhafn i Otte och tifve Aar / och døde den 58 Aar med ſin kiere Huſtru Erlig och Gudfrøctige Qvinde Eliſabet Jørgens

M Daat-

Daatter ſom och døde den 1 October Anno 1623.
Gud giffve dennem en glædelig Opſtandelſe.
Hendis Alder vaar 71 Aar.

---

III.

CIPPORUM.

Pietati & Poſteritati
AHASVERUS PAYNGH
Medicinæ Doctor Chymicus eximius & Archiater Regius
E clara & honeſta apud Huſumenſes Holſatiæ Proſapia
Variis per orbem peregrinationibus edoctus
Orbi magis vivendum qvam ſibi;
In Dania per Annos XXIV Medicinam feliciter exercuit.
Tandem Hafniæ Anno Chriſti M. DCLXVII III iduum Maij
Ætatis vero LIX vivere deſiit
Vitio pulmonum mortalitatis vitium abſumente.
Mœſtiſſima conjux
CHRISTINA TIDEMANI FILIA,
Qua cum Annos XXIV & qvod excurrit ſine jurgiis
vixerat ſuperſtes,
Hic poni voluit reliqvias Mariti
Cujus animam Deus, famam Mundus habet.
Æternum ut vivat apprecare Lector.

---

M. ALBERTI BARTHOLINI CASP. F.
Gymnaſii Friderici - Burgenſis
Rectoris emeriti
Nati Hafniæ M. DC. XX
Et ibidem M. DC LXIII pie defuncti

Ci-

Cineres hac urna clauſi
Glorioſam reſurrectionem expectant.

## EXTRA CHORUM
*In tertia Templi parte.* Ex lapidibus

## I.
# EPITAPHIORUM.

1621.

Deo Triuni Sacrum
memoriæ & meritis

Humanitate, Integritate ac prudentia ſpectatiſſimi Viri CLAUDII OLAI Megalopurgenſis, Quondam Ser. Reg. Majeſt. Annonæ Præfecti ſolertiſſimi. Qui Hatersiebii Anno Chriſtiano 1556 a Parentibus Conſulari dignitate conſpicuis Prognatus ſolidæ Virtutis viam naviter ſeduloq; preſſit. Qvo ipſo gratiam & favorem conſtantem a Magiſtratu ſuo impetravit firmam ſibi conciliavit æqvalium amicitiam & inferiorum benevolentiam luſum fortunæ deſpexit mortis inſultum contempſit ac tandem Hafniæ 26 Junii Anno 1619 animam Deo Creatori pie placideq; reddidit.

INGEBURGA PETRÆA
Relicta Conjux mœſtiſſima hoc Epitaphium
erigi curavit.

Ut tibi mors felix contingat vivere diſce
Ut felix poſſis vivere diſce mori
Vive ſed ut ſemper vivas ſic ergo beatus
Vive Deo: moritur qvi ſibi vivit homo.

*D. O. M. A.*

*Celebritatis ſplendore & immortali memoria viro longe digniſſimo Dn. Doct. PETRO SEVERINI (n) RIP. Ph. ac Med mira excell. aliarumq; ſcientiarum & virtutum præſtantia omnibus ordinibus ſumme claro. duorum potentiſſ Regum Dan. Patris & Filii Archiatro Canon. Roſchildaenſi, qui in ſacello poſtico cum lectiſſ. Conjuge & liberis Sepulchro & Epitaphio honoratur, tabellam hanc perpetui ſui deſiderii teſtem*

*GR. P. GEC J CH.*

*Occidit heu! toties tua qui victricibus armis*
*Mors celeri docuit cedere tela fugæ,*
*Invicto eſt animo victus mortalia morti*
*Liqvit, & Æthereis haud peritura choris.*
*Prælia ſic victo victrices dura triumphos*
*Et cœlo atq; ſolo conſtituere decus.*
*Illic aſtrigenas inter victure cohortes*
*Perpetuum hic vivo nomine Petre clues*
*Qvæ vita interiit fuit hæc melioris origo*
*Grataq; ſupremo eſt reddita præda Deo*

*P. An. M DC XV.*

*Menſe Novemb.*

(n) *De eo vide Thom. Bartho. Ciſtam Medicam pag. 114. ad pag. 133. Item Er Vind. Acad Hafn. pag 17 ad pag 123.*

# In Sacelli Rochi tempore Johannis Regis Daniæ ædificati prima parte

## I.

# EPITAPHIORUM.

B. EU-

B. EUGEN - EP - TOLET - OPUSC. XII. *Ex ligno*

Libet, relictis omnibus qvæ transeunt,
Deum timere, ſempiterna qværere,
Terrena lucra deputare pulverem,
Orare ſemper atq; flendo dicere:
Abite peſſum vana mundi gaudia,
Opes caducæ, luculenta prædia,
Faſces, honores blandimenta noxia.
Jam finis inſtat & ruina proxima
Jam mors cruenta noſtra pulſat limina.

S. A. CIↃIↃCLXVI.
Eras. Paul. Vindingius.

*ERASMUS PAULI F. VINDINGIUS* (o) *Ex lapidibus*
*Profeſſor Regius hujus Ædis procurator*
*Vivus paravit hunc ſibi locum qvietus mortuo:*
*Id unicum ſuperſtites rogans laborum præmium,*
*Ut abſtinere a mortuo vivi velint injuriam:*
*Qvam vivus ille nemini ſciens voleusq; fecerit.*
*Anno* cIↃ IↃ CLXI.

(o) *De eo vide Er. Vind. Acad. Hafn. à pag.* 384 *ad pag.* 389.

Aliud ejusdem.

Qvid *Funeris ambitus* iſte,
Et *Honor* datus *Oſſibus Orbis*?
Qvid *Concamerata Sepulcra*,

Et *perVia Lumini* & *Auris*?
Qvid *Janua*, qvid *Simulacra*
*Vivos imitantia Vultus*?
*Inciſaq; Carmine Saxa*,
Et *ſparſa Virentibus Herbis*?
Niſi qvod *Revireſcere* tabo
Dilapſa *Cadavera certum*:
Et reddere *Corpora Luci*
*Adaperta Sepulcra* neceſſe eſt.
Qvo mox *Rediviva* receptis
Animis rapiantur in *Auras*,
*Superaq;* in *Sede* locata
Referant de *Morte Triumphum*.

---

In lapidibus

THOMAS BARTHOLINUS (p)
Profeſſor Medicinæ Honorarius
Spe futuræ qvietis qvam vivus animo
poſſedit & corpori optavit
ut poſteritati ſuæ intereſſet
ſuperſtes ſibi ſuiſq;
M. H. F. cIɔ Iɔc LXIII,

(t) *De eo vid. Er. Vind. Acad.* Hafn. *pag.* 378. *ad pag.* 385. *Item Thom. Bartho. Dom. Anatomi. pag.* 49. *ad pag.* 63.

---

Inter haſce duas D. THOMÆ BARTHOLINI & M. ER. Vindingii Inſcriptiones arcui, qvi ſummum utri-

triusq; ſepulchri murum jungit, hoc Elegiacum eſt inſcribendum.

Qvos amor in terris ſincero fœdere junxit
Mors ubi disjunget, juncta ſepulchra tegent,
Sic humus hæc uno disjunctos pariete condet,
Donec in ætheria junxerit arce Deus.
Turbari interea prohibebunt oſſa Patroni
Ædis & his jus eſt hoc prohibere nefas.

---

De inventis a Doct. Thoma Bartholino vaſibus lymphaticis hoc monumentum erexit Doct. Chriſtianus Oſtenfeld.

Principi ac Inſtauratori ſuo inclyto
Gentis Danorum gloriæ
Qvibus ac literarum decori
Magnoq; Medicinæ incremento
THOMÆ BARTHOLINO
Qvod infelicibus tot ſeculorum
Ac doctarum mentium erroribus
Oſtenſis expurgatis profligatis
Victaq; invidi malitia ſeculi
Imperante Regum Optimo
FRIDERICO TERTIO
Anno ſeculi decimi ſeptimi LII.
VASA LYMPHATICA
Perennes illos Lymphæ vitalis latices
Seculisq; omnibus ignota ac inviſa
Limpidiſſimi roris fluenta & alveos
Qva per partes humani corporis univerſas
Sinusq; ac receſſus intimos decurrit
Cœlo congener verumq; ac familiare
Nectar ingenuum corporis nutrimentum
Alimenti pars cœleſtiſſima
Et qvintum qvaſi elementum
Primus invenerit oſtenderit
Clariſſimi gloriam inventi

Lau-

Lauros
Adoreas
Aras
Æternitatem
L M. Q. decernit offert.

ERASMIUS BARTHOLINUS
Regius Mathematicus atq;
Med. & Math. Prof. Pub.
Cœlis in terra intentus
Ut Cœlos
Depoſitis terræ Sordibus
Poſſideret
Medicæ & Mathematicæ
Artisqve Analyticæ
Interpres
Poſtremæ analyſeos memor
Sibi & ſuis
Monumentum hoc deſtinavit
cIↃ IↃ CLXVII.

II.

## Lapidum Sepulchralium.

*Sub hoc Saxo*
*Exuviæ*
*THOMÆ BARTHOLINI*
*Et*
*ELISÆ CHRISTOPHORI F.*

*Con-*

*Conjugum*
*Cum Filiis V et Filiab. IV.*
*Æternitatem*
*Poſt fata*
*Rediviva expectant.*

---

Tantum
In caduco Solo terræ poſſidet
Qui ſpe ac Jeſu fiducia
Æternam in cœlo poſſeſſionem
Expectat
ERASMUS PAULI VINDINGIUS.
Cum uxoribus
MARGARITA JACOBI FINKII F.
INGEBURGA JACOBI MATTHIÆ F.
Cumqve Liberis
PAULO, MARGARITA, ANNA, JACOBO,
PAULO, JACOBO, JOHANNA, MARGARITA
VINDINGIIS
P. A. CIϽ IϽ CLXVII.

---

Hic Sepultus eſt Nobilis Vir GEORGIUS ROSENGARD qvi a Proprio Fratre ſuo JOANNE innocenter occiſus in Pace reqvieſcat, Anno Dni, 1532. Dies verò obitus erat Decimus qvartus Aprilis.

---

Her under ligger begrafven Erlig Viiſz oc Velfor-
nemme Mand MICHEL SØFRENSØN
fordum Raadmand her i Kiøbenhafn ſom var Bar-
ne fød i Julland i Kioldby oc døde den 25 Maij 1641.
Med ſin kiere Huſtru METTE NIELSDAT-
TER ſom var Barnefød her i Staden oc døde den
Aar 16 med deris kiere Børn. Gud giffve dennem en
glædelig Opſtandelſe.

*In Saſelli Rochi altera parte.*

I.

# EPITAPHIORUM.

Ex lapidibus cum Inſig. & Effig.

D. O. M. S.
Memoriæ
Raræ pietatis & probitatis
Matronæ
DOROTHEÆ FINCKIÆ
Conjugis ſuaviſſimæ
Ex annorum XIII Conjugio exoptatiſſ.
Sex filiarum Matris pientiſſ.
Quarum æqvali facta diribitione
SOSTRATÆ, ANNÆ, DOROTHEÆ.
trigam tenellulam
Ad æterna ubi præmiſiſſet gaudia,
reliqvam, amoris Intemerati pignus,
Priori Aſſociata XI Cal. Decemb.
Anno Chriſti M. DC. XXVIII
Ætatis XXXII.

Curæ

Curæ mœſtiſſimi reliqvit
Mariti
OLAI WORMII MED. DOCT. (q)
Et Profeſſ. Regii
Qvi cum luctu
& lachrymis
B. M. H. M. P.

(q) *De eo Vid. Er. Vind. Acad. Haf. pag. 254 ad pag. 265. Item Thom. Barth. ciſt. Medi. pag. 579. ad pag. 584.*

---

*D. O. M. S.*
*THOMAS FINCHIUS FLENSB.* (r)
*PHILOS. ET. MEDICINÆ.*
*DOCTOR.*
*ILLUSTRIS. HOLSATIÆ. DUCIS. PHILIPPI*
*MEDICUS. QVONDAM. AULICUS.*
*ACADEM. POSTEA. HAFNIENSIS MATHEMAT.*
*ET. ELOQVENTIÆ. PER. XIII.*
*MEDICINÆ. VERO. LIII. PROFESSOR. PUBL.*
*FACULT. DECANUS. ET SENIOR.*
*CANONICUS. ROSCKILDENSIS. REGIÆ. STUD.*
*OECONOM. LIV. ANN. PRÆFECTUS.*
*DUM VIXIT. PATER. AVUS. ABAVUS. ATAVUS. LXXIX.*
*LIB. VIDUITAT. XLII ÆTAT. XCVI.*
*VI. KAL. MAII. M.DC.LVI. PLACIDE.*
*DEFUNCTUS.*
*EX. DORMITORIO. SUO.*
*GLORIOSAM. RESURRECTIONEM.*
*EXPECTAT.*

Ex lapidibus Cum Effig. & Inſig.

(r) *De eo vide Eras. Vind. Acad. Hafn. a pag. 160. ad pag. 170. Item Thom. Barth. ciſt. Medicam a pag. 584. ad pag. 590.*

---

Ex lapidibus cum Inſig.

D. O. M. S.
SOSTRATÆ IVARIÆ.
Eidorenſi
Poſtqvam Virgo Anno XVI Th. Finckio Flensb.
Illuſtriſſ. Sl. ac Holſ. ducis Philippi L. M.
Medico mox Hafn. Acad. Profeſſori nupſiſſet;
Conjugi,
Ut reliq. An XXIII ac dies CCC amiciſſimæ
III Filior. & VI Filiar. Matri fideli pientiſſ.
Cætero priſca virtute Matronæ honoratiſſ.
Ita vita hac virtutis in illam gloriæ
XXV Junii M. DC XIV.
In Chriſto redemptore commutata
deſideratiſſimæ
Maritus acerbo in officio gratus
Cum VI Lib III Gen. Med. D. D. D.
Et III nep: ſuperſtes,
In perennem amoris memoriam
B. merenti mœrens P.
Mens Generoſa
ultra polos
In manibus Domini
Sortes noſtras
Inqvirit.

Epi-

*Epitaphium in Sacello S. Rochi erigendum*

*JACOBUS FINCKIUS* (s) *Proſapiam familiis Finckiorum & Ivariorum e Ducatu Sleſvicenſi. Lucem & educationem Hafniæ Danorum, melioribusq; Europæ Aulis & Academiis debuit. Matheſin, Phyſicam, Artesq; liberales in Academia Regia Haunienſi publice docuit: Senior & emeritus immunitate a Rege donatus: Plus ſuis qvam ſibi vivere ſtuduit: Morum integritate, Solidaq; eruditione, vivus æmulationem, mortuus admirationem meruit: Plus eſſe qvam videri voluit: Nec ſuperbius qvid tumulo inſcribi optavit qvàm qvod vivus ſemper in ore habuit. BEATI QVORUM NOMINA SCRIPTA SUNT IN COELO.*

*Averſa facies hæc exhibebit*

*Duorum filiorum, totidemq; filiarum Parens Conjugem MARGARETAM TETENS, Oldenvorti apud Eyderſtadorenſes ſepelivit, heic oſſa tumulo Paterno inferri juſſit: Natus* 1592 *Denatus* 1663.

(s) De eo vide *Eras. Vind. Acad. Hafn. pag.* 289 *ad pag.* 298.

Aliud

Epitaphium.

D. M. Sacrum

Hic ſitus eſt

M. JACOBUS FINCKIUS.

In Acad. Hafn. Phyſices Profeſſor P.

Senior & Emeritus,

Feliciſſimi parentis felix æmulator,

Vir

Fide ac virtute antiqva

Haut facie nova;
Solida etiam doctrina, ac pari prudentia
Gravitate qvidem conſpicuus
Sed nemini gravis;
Certe bonis omnibus charus;
Jamq; plenus annis, plenus honoribus,
Qvo anni tempore Deus naſcitur ad mortem,
Hic pie denaſcitur ad vitam;
Cumq; illi recens nato carmen genethliacum
Glorioſè concinunt angeli,
Huic funerato nenias luctuoſè concinunt Muſæ:
Itaq;
Cum veteri hic anno veteribus rejectis exuviis
Novum ingreſſus annum eſt
Nullis terminis claudendum;
Simulq;
Sub novo illic ſole, novi orbis novus incola
Gaudia æternum fruenda
Qvæ moriens Deus precioſo precio redemit
Hic jam a morte vivens gratis occupavit.
P. N. M.

---

Locus ſepulturæ Chriſtiani Oſtenfeld Dani Medicinæ Doctoris & Profeſſoris Regii Hafnienſis qvi Academiam Jctorum Patavii anno integro pro Rectore adminiſtravit, miſſus pro ea ſæpius ad Principem & Senatum Venetum Orator req; bene & ex uſu Academiæ geſta imaginem e marmore in Palatio Academico & alteram æri inciſam meruit hac inſcriptione.

GENIO. ET. MERITIS. CLARmi. V
CHRISTIANI. OSTENFELD. DANI
UNIV. PATAV. ET NAT. GERM. ICTORm
AD. SEREN. VENET. PRINC. ORATORIS
OB. NAVATAM. STRENUE
DIFFICILIB. TEMPORIB. OPERAM

NA-

# NATIO. GERM. ICTOR.
## M. P.
## PATAVII M.DC LIV.

Advenæ hic eſtis, patriam qværite, o fallaces hominum ſpes. Ne Feſtina viator, vitæ & viæ meæ modum accipe & abi. JOHANNES ego PRATENSIS (t) Philippo patre Gallo Regibus olim ab officiis caro, Arhuſiæ Cimbrorum natus fui: Ingenii dotes & morum, qvæ multos mihi peperit amicos, formam commedent, ſi velint amici poſteri: mihi vitæ fontem cognovisse & amaſſe lucrum fuit. Qvinqvennium in hac Schola Medica & Philoſophica propoſui: at vero dum publico fungor docendi munere non inproviſo, ſed ſubito, morte occupor. Sic debui ſic decuit. Nexus corporeos celeri ſolutione linqvens qvantum potui langvida lingva dixi Chriſto Deo, Spiritum ut ſuſciperet reliqva cor peregit, & indiſſolubili fœdere æternum peraget. Si lacrymis, ſi mœrore, acerbum flecti potuiſſet fatum, triſte hoc tam caræ memoriæ obſeqvium incomparabili amico non detuliſſet PETRUS SEVERINUS Med. Doct. Vixit Annos 32 Menſ. 6. dies 3 Obiit An. 1576. Kal. Jun. Hor. 3. Ex ligno

(t) *Hujus Johannis Pratenſis Pater fuit vir optimus, M. Philippus Canonicus Aarhuſienſis qvi in templo Cathedrali ibidem Sepultus eſt Anno ætatis ſuæ 102, ut retulit Joh. Pratenſis Philippi Filius.*

*De hoc Joh. Pratenſis vide Er. Vinding. Acad. Haf. pag. 128 ad pag. 132. Item Tho. Barthol. ciſtam Medicam a pag. 54. ad pag. 61. ut & Gaſſend. de vita Tychon. Brahæi pag. mihi 19. 20.*

## D. O. M. S.

Ex ligno

Beati mortui qvi in Domino vivunt

Vita enim mortalium ſpelunca eſt tenebrarum

Et

Et lacrymarum charybdis:
Hæc qvæſivi, didici & vidi
Vobisq; qvi adhuc in antro ſuſpiratis, qvia
Extra invidiam ſum gratis communico
Sum enim, ſed non hic JOHANNES THOMÆ Ripenſis
Qvi annos XII Eccleſiæ huic, æternæ vitæ viam
Qva & ipſe conſtanter ſeqvutus ſum demonſtravi:
Morum & vitæ integritate, exemplum pietatis
Qvod potui reliqvi
Labore conſiliis, admonitionibus ſi non fundamenta
collocavi, latera tamen collabentia paululum ſuſtentavi.
Cupiensq; clarius contemplari qvæ hic per animata
Obſcure aſpexi carnis deſideria & vincula reliqvi
In Chriſto vitam ſcientiam & veritatem inveni.
Parentes ſed turbato naturæ ordine,
Uxor liberi voto
Mœſti pie ſatisfecere.
Vixit Annos XLI Menſes VI dies
XXIIII obiit Anno 1573 die XXII Septemb.

---

Ex lapidibus ejus inſign.

*Clar^mo Præſta^mo Viro PETRO SEVERINI RIPENSI Phil. & Med. D. Ser. Reg Dan. divi Friderici II & R. Chriſtiani IV Archiatro cleme charo, Canonico Roſchildenſi Univerſitatis Hafnienſis in juventute Profeſſori & in Senectute deſtinato & honeſtæ Matronæ DRUDÆ THORSMEDE Conjugi ac V. Liberis ſepulturæ communis (u) qvieте, hic una fruentibus.*

G. P.

G. P. P. G. E. F.

*Condita ſub placido ſenſerunt funera tecto*
*Heu nimium immitis tetrica jura necis:*
*Perpetua dignum vitali ſuſtulit aura*
*Artis Apollineæ, gloria ſumma, virum,*
*Pieridumq; jubar nulli hac ætate ſecundum*
*Ut monumenta dabunt, utq; dedere fidem.*
*Fœmineæ virtutis honos pietatis ocellus*
*Conjunx fata ſeqvi dura coacto fuit*
*Æmula pars ſtirpis qvoq; proles qvina parentum*
*Spes illa occubuit ſorte ſubacta pari.*
*Qvid meritos luctus ſolabitur inclyta cœli*
*Gaudia qvæ meritis ſunt data Chriſte tuis?*
*Exuvias etenim qvas hoſpita continet urna*
*Sacratas, vitæ reddet aperta novæ*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | D. PETR. SEVERINI | Anno | 1602 Jul. 29 | Æta | 62. |
| | DRUDA THORSMEDE | | 1610 Sept 21 | | 43 M. 5. d. 2. |
| | LIBERI DEFUNCTI | | | | |
| Piiſſ | SOPHIA | Dn. | 1594 Sept. 3. | Æta | 3 M. 3 d 5. |
| obiit | BOTILDA | | 1596 Sept. 22 | | M. 7 d 3. |
| | REINHOLDUS | | 1597 Oct. 21 | | M. 9 d. 13. |
| | SEVERINUS | | 1602 Sept. 11 | | 4 M. 3. |
| | JOHANNES | | 1603 Ian. 3 | | 3 M. d 5. |

FILIA GIESA nupta M. In æde S. SP. ſepulturæ data In Puerperio ob. Anno 1613 Jul: 2 Anno Ætat. 18 Menſ. 8 dies 2.

(u) De eo vide Er. Vind. Acad: Haf. pag. 117. ad pag. 123.

Ex ligno

Ἐν τοῦτῳ νίκα

Epitaphium

Clariſſimi viri Doctrina & Virtute præſtantiſ. Magiſtri LAURENTII VILHADII Haderslebienſis trivialis hujus Scholæ Moderatoris in Domino pie defuncti Anno M. D. LXXVI 23 Septemb. Ætatis 42.

Hac placide ſacra lector Laurentius æde
Vilhadius vita prætereunte cubat.
Illa qvidem fragilis fuit & fugitiva brevisq;
Quam patrium dederat Cimbria culta ſolum.
Non tamen in ſomnis conceſſæ tempora lucis
Traduxit vacuos nec ſine fruge dies.
Qvin Studiis animi Doctore Melanthone dotes
Ornavit pectus notitiaq; Dei.
Et qvas concepit diti tribuente Minerva
Has aliis prompta voce refudit opes,
Donec laudis iter fatum præcluſit & illi
Stamen liventes diſſecuere Deæ.
Tranſeat illa licet præſentis temporis umbra,
Ut nihil inſtabili durat in orbe diu,
Mens æterna viget rebus ſecluſa caducis
Et ſurget rupto pars tumulata ſolo.

C. MACHABÆUS A.

II.

## Lapidum Sepulchralium.

*THOMAS FINCKIUS*
*Acad. Profeſſ. ultra Ann. XXII Senior*
*Poſtqvam non tantum*

*Soſtra*

*Soſtratam ſuam dilectiſſ:*
*Sed etiam Comm. LIBBBB*
*Moriendi ordine*
*DRUDAM ET BIRGITTAM*
*IVARUM ET THOMAM*
*Huic ſepulchro*
*Intuliſſet*
*Demum ſaxum illi Imponi C.*
*Anno M.DC.XXXVII.*
*Beatam dimiſſionem*
*Ad divinæ voluntatis*
*Arbitrium*
*Præſtolaturus.*

---

*BARBARÆ PALUDANÆ pietate & omnium virtutum Matronalium decore ornatiſſimæ D. JOHANNIS PALUDANI Medici & olim Phyſici Lubecenſis Conjugi cum poſt XXXIV Conjugii felicis & fœcundi XVI Viduitatis cum Genero & Filia in hoc inclyto Regno complevìſſet Annos LXVIII Ætatis vitæ hujus mortalis ad immortalitatem evocatæ CHRISTOPHORUS KNOFF Gener ſocrus & BARBARA Filia matri Chariſſimæ Appoſitis CATHARINÆ KNOFFIÆ neptis exuviis memoriæ & obſervantiæ debitæ ergò poſuerunt.*

*CHRISTOPHORI KNOFF & Hæredum.*

---

JOHANNIS PHILIPPI PRATENSIS (x) MEDICI
ET PHILOSOPHI CLARISS. OSSA HIC QVIESCUNT.
MENS COELO FRUITUR
AD TUBÆ ANGELICÆ CLANGOREM TUMULUS HIC

DEPOSITUM BONA FIDE REDDET.
MORITUR ANNO 1576 die 1 Jun.
Hora 3
P. S. A. S. P.

(e) *De eo Vid. Eras. Vindingii Academ. Haf. pag. 128 ad pag. 131.*

---

L. P.
D. S.

M. LAURENTIUS PETRI HATERSLEBIENSIS Poſteaqvam ſpiritum æterno Patri a qvo acceperat reddidiſſet ſpolia laſſi corporis ætate morbis aulicisq; obſeqviis hic placidæ qvieti commiſit, Archangeli tubam certa ſpe expectans. Obiit Friderichsburgi 17 Martii Anno 1592.

---

DOROTHEA FINCHIA
OLAI WORMII Med. D. & Profeſſ. Regii
Conjux deſideratiſſima
VII Filiarum Mater optima
Obiit Anno M. DC XXIX Ætatis XXXII
SOSTRATA WORMIA
Obiit Anno M. DC. XIX Ætatis tertio
ANNA WORMIA.

Obiit

Obiit Anno M. DC XXII Ætatis qvarto
DOROTHEA WORMIA
Obiit Anno M. DC XXIIX die XLIV
ANNA WORMIA
Obiit Anno M. DC. XXXII Ætatis VII.
WILHELMUS WORMIUS
Obiit Anno M. DC. XXXII Ætatis II.

---

*Delicium Patris*
*Corculum* Matris
*SOSTRATA WORMIA*
*Anno* 2 Menſ. *6.*
*Puella lepidiſſ.*
*Heic ſita*
*glorioſam corporum*
παλιγγενεσίαν
*ex ſpectat*
*Obiit Anno* M. DC XIX *die* 26 M*aij.*

---

PETRI SONNICHII Flensburgenſis juvenis omni virtutum genere ornatiſſimi, qvi ex hac vita ad æternam commigravit Haffniæ Anno Chriſti M. D. LXVII 4 Octob.

Sint tua fata licet crudelibus obruta fatis
Ruptaq; ſint vitæ mollia vincla tuæ,
Parte tamen vivunt & mens & candida virtus,
Illa viget cœlis hæcq; per ora virûm.
Membra carent ſenſu ſed habet qvoq; vita regreſſum
In corpus clanget cum tuba clara Dei.

Terrea terreno reqvieſcant membra ſepulchro
Donec erit vinclis Mens religanda ſuis,
Tunc fœdis mundi deleris ſordibus alto
Sonnichius cœlo conſpiciendus erit.
ſuo chariſſimo Fratri GEORGIUS SONNICHIUS
M. erigi curavit.

---

*Jacobi Bordingi (qvi ſepultus eſt Hafniæ in templo D. Virginis) Epitaphium qvod hodie nusqvam extat, ei autem poſitum recitat Nathan Chytræus in delic. itiner. Europ. pag. 580. 581.*

*D. O. M. S.*

*Dn. JACOBO BORDINGO Antverpiano (y) Viro in omni Philologia & Philoſophia bene & eleganter verſato & preterea SADOLETI qvoq; aliorumq; Exterorum doctiſſi. monumentis publicè celebrato, primum Patriæ, deinde ducum Megapolitanorum & Sereniſſimorum Daniæ Regum CHRISTIANI III & FREDERICI II Archiatro Academiarum Roſtochianæ & Haunienſis ornamento ob veræ pietatis, eruditionis, ſapientiæ, & omnium virtutum laudem, memoriam perennem jam pridem adepto: gratum hoc animis memoraculum Patri optimo ſibiq; & bonis omnibus deſideratiſſimo in beatæ reparationis ſpem, JACOBUS BORDINGUS F. J. U. D. Profeſſor & Cancellarius Mogapol. P. C.*

*Pie obiit Hafniæ An. Chriſti 1560 Septemb: V. hora IV veſp. An. Æt. L.*

*Hæc inſcriptio reperitur in Nath. Chytræi monum. ſelect. pag. 580. 581.*

(o) *De eo vide Eras. Vind. Acad. Hafn. pag. 95. ad pag. 100.*

---

Doct.

Doct. Jacobi Fabricii Chriſtiani IV & Friderici III
Archiatri Epitaphium Roſtochii erectum
vel erigendum

D. O. M. S.

Doctor JACOBUS FABRICIUS (z) Roſtochienſis duorum Potentiſſ. Daniæ Norwagiæ, Regum CHRISTIANI IV ac FRIDERICI III nec non illuſtriſſ. Princip. Megapolitan. JOHANNIS ALBERTI ac SOPHIÆ matris, Archiater, patriæ itidem Acad. per XL annos Med. ac Mathem. Publ. Prof. virtute ac eruditione ſua familiæ ſuæ prælucens poſtqvam annos LXXV natus 1652. 14. Aug. vitam glorioſe Hafniæ finiſſet huc transferri voluit ut eadem urna cum uxore ſua MARGARETHA MYLIA liberis ac nepotibus aliqvot hic ante tumulatis conderetur cujus honori ac memoriæ æternæ hoc monumentum L. M. Q. ſtatuere voluerunt Generi & Filiæ.

| | |
|---|---|
| D Simon Paulli | Eliſabetha Fabricia |
| S. R. M. Dan. & Norw. | Daniel Sandovius |
| FRIDERICI III Medicus | J. U. D. |
| ac Prælatus Arhuſienſis | Sophia Fabricia. |

(z) *De eo vide Thom. Bartho. Ciſtam Medicam pag. 56. & ad pag. 565.*

*Baptiſterii.*
Deo & pietati S.

Re-

Rectore Acad. Magnif. Claudio Plumio J. U. D.
Joh. Reſenio S. The. Doct. & Epiſcopo
Templi Procuratore M. Joh: Alano
Anno M. DC XX II. erectum.

## LYCHNORUM PENSILIUM

Anno Domini 1601 diſſe Crone hebbe ick Marie Matzdochter Weddel S. Frandtzois Joſtens Wip Nagelatener Widwe in unſer leven Frowen Kercken in die ehre Gottes gegeben / och Thor gedencknis meiner Seeligen Mantz / Gott vorlehne em ein frölicke Upſtandinge / ſampt alle Vromme Chriſten / Amen.

---

Anno 1635, haffver Erlig oc Velagt Mand Chriſten Pederſſøn med ſin Huſtro Maren Svendsdatter foræret denne Crone til denne Kircke.

---

Anno 1618 den 15 Febr. haffver Erlig Gudfrycti-ge Qvinde Dorothe Doctors / ſkiencket oc giffvet denne Crone til Vor Frue Kircke/ Gud til Ære oc Kir-cken til Gaffn oc beſte / at henge offver hendis Salige Hosbonde Doctor Anders Lemwigh oc hendis kiere Brødre ligge begraffne.

Cam-

# *Campanarum.*

## I.

## Altæ turris,

Campanæ Kongens-Klocke
appellatæ.

Anno 1646 was Claus vom Dam dem i Salvatores Miden namen gegeven als men M. V. vant beſtreven in XXVII Jahr na ons Herren dødt.

Konnig Frederich den Anden gaf Borgemeſter oc Raad her
i Kiøbenhafn denne Klocke.

Kongens Klocke er mit Naven
Kongen til Ære oc Byen til Gaven

Anno 1581.

Campanam hanc ſub Frid. I. Anno cIↃ IↃ XXVII primum fuſam & Anno cIↃ IↃ LXXXI. In pios uſus a Friderico Secundo donatam post fatalem pulſum Anno cIↃ IↃ CXLVI fundi denuo & turri ſuæ templi Academici qvarta parte auctiorem reſtitui curavit Rex Daniæ Auguſtiſſimus Chriſtianus IV.

---

Campanæ Friinands Klocke dictæ

Annus ſignatur M. D. dum Jota locatur
Baptizata pie Matris campana Mariæ
Nomine ſiti fuſa fidei virtutibus uſa.
Ejus licet nunc Jacobi fieri dedit Chriſtianus
— — — — — vere ſumptibus cernit.

---

Campanæ Vacht Klocken nominatæ
Anno 1651 heft mich gegaten Claus van dam in Koppenhagen/ und ſein domals Kierckvatter geweſen H. Magiſter Jacob Finke / und H. Hans Terckelſen.

Campanæ Tolf-Klocken vocatæ
Anna ben ig Ghenaempt hut Jonſten aus heblaempt VVJJ twee geloopen van eender Moedere M. VCXLV.

Campanæ Pincken dictæ,
CANTOR HAFNENSIS JUNII SUB TEMPORE MENSIS MARIA QVIME CONFLAVIT M. D. CV QVIQ; LOCAVIT.

II.
Minoris turris
Fem Klocken.
Si Deus pro nobis qvis contra nos.
Her. Lauritz til Lockerups Kircke Anno Domini 1574.
D. N. G.

Sex

**Sex Klocken.**

*Verbum Domini manet in æternum.*

Borchard Gieſſer *M. F. Anno* 1611.

**Pincken.**

Veni cum pace. Michael Laurentius fecit.

## II.
## TEMPLI SANCTI SPIRITUS.

II. Templi S. Spiritus

cujus Paſtores à tempore Reformationis fuêre ſeqventes.

1. M. Georgius poſtea Epiſcopus Fionenſis.
2. M. Andreas ex Paſtore Eccl. S. Petri Hafnienſis 1536 poſt Epiſcopus Opſloenſis.
3. M. Georgius.
4. Doctor Janus Syningius ſimul Profeſſor in Academ. Hafn.
5. M. Nicolaus Hemmingius ſimul Profeſſor in Acad. Hafnienſi.
6. Dn. Janus Matthiæ.
7. M. Petrus Duus.
8. M. Nicolaus Sommerus.
9. Dn. Jacobus Jani Vibergius obiit 1564 è peſtilentia.
10. M. Nicolaus Hvid poſt Scaniæ Superintendens 1578.
11. M. Petrus Winſtrupius M. Jani Winſtrupii qvon-

dam S. Nicolai Paſtoris Hafnienſis filius Ex lectore Theol. Arhuſienſis 1578. poſt Epiſcopus Arbuſienſis 158 7.

12. M. Andreas Dal Concionator Regius.

13. M. Jonas Jacobi Venuſinus poſt Profeſſor Haunienſis 1600.

14. M. Johannes Bangius poſtea Paſtor in Inſula Samo & Præpoſitus, natus in Civitate dicta Meedelfart a Patre Henrico Bangio ejusdem Civitatis Conſule.

15. M. Petrus Sture ex Paſtore Eccleſ. Vedelenſis poſt Concionator aulicus.

16. M. Petrus Petri Hiænus ex Paſtore Eccleſ. Cathedra. Roeſchildenſis, 1625. vipeſtis Haffniæ abreptus eſt.

17. M. Olaus Vind. ex Rectore Scho. Hafn. 1625, poſt Paſtor B. Virginis 1642, tandem concionator aulicus.

18. Dn. Ericus Monradus vocatus 1643. 29 April. ex Paſtore Eccl. Middelfartenſis.

19 M. Andreas Johannis Roeſchildenſis ex Paſtore Eccleſ. Helſtadienſis in Seland, vocatus Anno 1643. April 29. obiit 1665 in Januario.

20. M. Nicolaus Envaldi Randulf ex Paſtore Eccleſ. Coagenſis Ann. 1665 die 5 Martii poſtea Epiſcopus Bergenſis eodem anno.

21. M. Eſaias Fleiſckerus, vocatus die 26 Novemb. An. Chriſt. 1665.

## In ſubſellis Chori.

Anno milleno CDLXq; noveno
Regni Danorum Chriſtierno ſceptra tenente
Ac diſponente Roſchildenſesq; regente
Eccleſiam gnavo Martino Preſule Olavo (a)

Hæc

Hæc domus in laudem moderatur — — —

— — — — — — —

Auguſtine pie Paulo par ſic & Helie
Nos tecum pone finito mortis agone.
Sub præceptore Petro Plow laudis honore
Concrepat æterni Numinis iſte chorus.

(a) *Hic Olaus Martini Chriſtiani I. Regis Daniæ Cancellarius, & 32 Epiſcopus Roſchildenſis Annoq; 1460 Olai Daae 31 Epiſcopi Roſchildenſis ſucceſſor obiit An. Chr. 1485, de qvo vide Huitfeld. Chron. Epiſcop. Dan. in Fol. pag. 47.*

## IN CHORO.

### I.

# EPITAPHIORUM.

Otte Brahe Ax:lſen til Elwild effter monge Aars Studering och forſøgelſe i Tydſkland/ Italien/ Franckerig/ Hiſpanien/ Engeland/ Rydsland/ Nederlandet/ och Tieniſte her i Kong Chriſtians den 4 Gaard i Nederland for Capitein hos Churførſten af Brandenburg for General Overſtis Leutenant, gaff ſig indtil vor naadige Konge i den Svenſke Feide/ dei Calmar vaar Wunden blef hand Skut med denne hós hengende Kule paa et BÆORIE ſom hand effter Kongens Befalning giorde den 31 Maij Anno 1611 oc ſaa Mandelig ende ſit Liff for Kongl. Maytt. oc ſit Federne Rige/ etc. Ex lapidibus cum Inſign.

Jhans Alders 32 Aar.

Hans Welb. Foreldre Axel Brahe til Elwild Danmarckis Rigis Raad oc Fru Kierſten Hardenberg loed hannem ſom her blef nedſat den 19 Junii dette monument til en lefflig ufmindelſe opſætte oc

te oc hans Lig til hans Faderne Graf til Elwild henføre Anno 1611.

Pietas in fine coronat.

Ex ligno cum Effig. Epitaphium conditum in memoriam piæ Matronæ & nobilis Heroinæ, Annæ, filiæ Joh. Roſenſpar: Uxoris viri generoſi Dni. Abſolonis Urne Præclari Herois de Søegaard & Orsmarck. Autore Joh Geor. Sadolino Vibergio.

Siſte parum greſſum moneo dilecte viator:
Hic ſacer eſt ſacris oſſibus, ecce, locus.
Anna Roſenſpardæ jacet hic nam gloria gentis,
Qvæ nituit clari nobilitate Patris:
Maternumq; genus Bildorum ſangvine ducens
Extulit hoc duplici laudis honore caput.
Cujus in Eximio riſit pia gratia vultu
Luſit & in toto corpore caſta venus.
Hæc lepidas poterat forma ſuperare puellas
Quas celebres paſſim docta Thalia canit.
Argolicis non tam Nymphis, qvas laudat Homerus,
Grata fuiſſe puta, lumina membra, comas.
Illius in labiis charites fulſere, jociq;
Gracchorum ut mater, voce diſerta fuit.
Daniacas inter Dominas hæc jure refulſit
Utpote qvæ morum regula digna ſtetit
Si licet antiqvis rebus conferre recentes,
Conferri priſcis Matribus illa poteſt.
Talis enim fuerat Lucretia nota latinis.
Et græcis. merito cognita Penelope:
Talis & Hebræo populo celebrata Suſanna,
Et laudata vagis Hipſicratea Scythis.
Nec tantum genere, & forma, & probitate micabat:
Divitiis etiam ſtabat onuſta ſuis.

Mag.

Magnificas ædes, & prædia culta tenebat,
Qvas & honorificas terra recludit opes.
Purpura non illi, rutilans non defuit aurum,
Aut in Erythræo gemma reperta mari.
Illa miniſterio viguit vallata clientum :
At magis auxilio claruit illa Dei.
Quippe Deum excepit conſtanti pectore & ore
Et coluit Chriſtum non dubitante fide.
Dogma ſalutiferum verbis factisq; profeſſa
Se vivi membrum prodidit eſſe Dei
Hanc lectam e multis vir nobilis Abſolon Urno
Connubio caſto fecit adeſſe ſibi.
Abſolon ingenii generisq; nitore coruſcus,
Qvem ſibi præfecit docta Minerva ducem.
Felices animæ, cœleſti numine junctæ
Inſervire ſimul qvæ potuere Deo
Tam bene dilecto ſe junxerat illa Marito
Qvam placidum littus Cypria myrtus amat.
Quos ſociavit amor, mors diſſociavit eosdem:
Charo etenim ſociam ſuſtulit ipſa viro
Mors nulli parcit: Sed tu dilecte viator,
Sparge roſas illi qvæ roſa munda fuit.
Mors piorum Janua eſt
Ad vitam & immortalitatem

---

Her neden for hviler Erlig oc Welbyrdig Mand Sal. Knud Vrne til Aasmarck ſom vaar Erlig oc Welbyrdig Sal. Axel Urnes oc Sal. Fru Birgete Ruds ſøn til Søegaard i Fyen fød i Roſkilde Anno 1564 den 26 Novem. oc døde i Kiøbenhaffn den 7 Febr. Anno 1622 med ſin kiere Frue Erl. oc Welb. Fru Margreta Grubbe ſom vaar Erlig oc Welb. Salig Eiler Grubbis oc Salig Fru Elſe Biørens Daatters Daatter til Lyſtrup fød paa Liu- Ex lapidibus cum Inſig. & Effig. Ex ſculpt.

Liuſtrup den 29 Septemb. Anno 1563 lefde med hannem 35 Aar oc fødde hannem 8 Sønner oc 6 Døttre oc døde Anno 16. deris Siel Gud hafve.

---

Ex lapidibus cum Effig. Ex ſculpt.

Marcus Hes Borgemeſter i Kiøbenhaffn lod dette Monument oc Hukommelſe opſette ſig oc ſin kiere Huſtru Liſebeth Bertels daatter ſom leffde Gudelig oc wel udi LI Aar oc her neden for begrafuen er til en loſlig amindelſe/ oc blef hun af Gud henkaldet Aar 1572 den 9 Junii.

---

Ex ligno cum Inſig. & Effig.

Aar effter Guds Byrd 1566 then 30 Dag October effter Middag ved 4 Slet paa Atzeren marck eller Atzeragger hede imod de Svenſke bleff ſkut Erlig oc Welb. Mand Lauge Brech til Vemmetofft oc kallede Gud hannem udi Halmſted oc bleff Begrafven her i Kiøbenhaffn i hellig Geiſtes Kircke Gud giffve hannem en glædelig opſtandelſe oc lod hand effter ſig / mig hans bedrøffvede Huſtru Margrette Bilcke med tho voris Sønner / Gud unde os ſaa at leffve her at vi udi Glæden maa findis/ Amen.

---

Ex ligno cum Effig.

Her ESKE BILDES Fæderne oc Møderne Wobn Peder Bildis Søn aff Svanholm Danmarckis Rigis Hofmeſter ſom her begraffven er / oc døde her i Kiøbenhaffn Aar effter Guds biurd M. D. L. II. den XI Dag Februarii.

---

Ex lapidibus cum Inſig. & Effig. Ex ſculpt.

Vivit poſt funera virtus

D. O. M. S.

PETRO FRANCISCO RIPENSI

Civi qvondam hujus Reipubl. integerrimo ac Præfecto pri-

primum Regio ad triennium hinc Ejusdem Maj. Anno 16. Caduceatori fideliſſimo variisq; ad vicinorum regnorum Reges ac Principes ablegationibus
clariſſimo.
Nec non
KATHRINÆ SYBENIÆ HAFN:
Johan. Sybenii Aurifabri, Geographi ac Mechanici Aſtronomici Seren. Regum Chriſt. 3 Frid. 2 qvondam ſolertis Filiæ ac Matronæ piiſſimæ. Poſtqvam pio conjugio fideliſſ. annos XXV utrinq; ſatisfeciſſent, mortalesq; exuvias ille climacterico Magno 1608 hæc Septuagenaria 1613 hic depoſuiſſent, animamq; Deo creatori reddidiſſent.
In perennem filialis obſeqvii memoriam
Optime meritis Parentibus filius & gener
Claudius Plumius J. U. D. ac R, Acad. P. P.
M. Hermannus Nicolai Hebr. Ling. P. P,
Hoc monumentum poſuere.

---

Fryct Gud / giør ret / forlad dig en paa Menniſkene. Ex lapidibus
*M. PETRUS PETREIUS HIENNIUS fidelis*
*I. C. ſervus Doctor Eccleſiæ ſincerus.*
*Vardingburgenſem ubi qvadriennium, hinc Roeſchildenſe biennium docuiſſet qvinto anno in hac SS. æde exacto J. Chriſtum doctrina & moribus ſapiens poſt exactos in ærumnis Mortalium XLI annos ſpiritu alacris ad cæleſtia emigravit D. XIII Maij Anno J Chriſti M.DCXXV Marito deſideratiſſ. uxor. mœſtiſſima pietatem teſtatura. F. F.*
Hvadmin Gud vil det ſkeer altid hans Villie er den beſte.

---

Hic ſitus eſt
Nobiliſſimus Ampliſſimusq; Vir
JOHANNES NANSENIUS

Reg. Maj. Conſiliarius, Collegii Status
Aſſeſſor
Conſul civitatis Hafnienſis & primus Præſes
Qvi natalibus ſuis qvamvis per ſe claris lucem fœneravit
Ad ſummam Reip. Hafnienſis Gubernationem electus
Præſes
Ingens certe Præſidium Urbi attulit ac incrementum
Conſul
Præclare omnino communi emolumento
Qvam maxime vero Conſcientiæ conſuluit
Deniqve ne Curia
Cauſarum vel publici boni incuriæ indormiret
In eo ſemper curæ ipſius feliciter evigilarunt
Jam obſeſſa urbe
Req; inclinata ac Fortuna
Ipſe neqvaqvam fractus proſtratos plurium animos
Erexit confirmavitq;
Imo vero
MAXIMO REGI FRIDERICO TERTIO
In vindicanda extollenda ſtabiliendaq; Majeſtate
Incredibili ſolertia ac dexteritate
Egregiam ſane & incorruptam præſtitit fidem
Ad ſummam
In omni Regimine omni rerum adminiſtratione
Expreſſa reliqvit fidei prudentiæ integritatis
Ac Moderationis ubiqve veſtigia
Tandem vero Morbo ſenioq; affectus cnm ipſos 69 Annos
Summa cum laude confeciſſet plenus Fidei ac Spei Chriſtianæ
Placidiſſimam vitæ fecit Clauſulam
Anno recuperatæ Gratiæ M DC LXVII. D. 12 Nov.
Vos Viduæ vos orphani
Quem amiſiſtis tam Benignum tam beneficum Tutorem
Lugete

P. N. Mehrn.

Hic Nanſenius obiit poſtqvam Annos 69 diebus 16 minus, mortalibus interfuiſſet 40 Annos Maritus, Pater liberorum 9, Avus 10, Senator Ann.

Ann. 5, Conſul Ann. 16, Conſiliarius Regius, in Collegio Status Aſſeſſor, & urbis Præſes Ann. 7.

## II.

Ex lapidibus cum Inſig. & Effig.

## Lapidum Sepulchralium.

Her ligger begraffven PER WILLATZEN ſom var Borgemeſter i Kiøbenhaffn oc aff Gud kalledis hand den Torſzdag effter Michaelis Anno M.D. XXXV hvis Siel Gud naade.

Den ſom vel lefver hand icke ilde døer.

---

Her ligger begrafven Erlig oc Welforſtandig Mand LAURITZ MOGENSON fordum Raadmand her udi Kiøbenhafn ſom Gud heñkaldet til ſit evige Rige fra denne elendige Verden den 17 Auguſti Anno 1622. Med hans kiere Huſtru Erlige oc Gudfryctige Qvinde Bodel HANS DAATTER ſom Gud heden kaldet den Anno 16.

Gud giffve dennem oc alle fromme Chriſtne en glædelig Opſtandelſe/ oc det ævige Liff.

---

Der mand ſkreff M. D. Aar
L. X. oc V. det vaar
Daa døde MATZ JENSEN
Oc hans Huſtru KAREN
Oc vaar bode til Ecte
Oc til racte

De lefvede tilſammen foruden meen
Her ligger de begrafven under denne Steen
Vi thet Hober oc viſſelig Troſ
At thi nu hvillis i then evige Roſ.

| Gud's Frøct oc Bogen at tage i Act | Hoc age |
| Der paa ligger os høyligen Mact. | |
| At feſte en Aeg er lidet Kunſt | Sagaces Collumbos |
| Det gode at finde er ey omſonſt. | Auſter & boreas deſiderant. |

6.

## BIBLIOTHECÆ FUIRENIANÆ MEDICÆ

qvam Henricus Fuirenius Medic. Doct. Academiæ Hafnienſi legavit An. 1659 cujus Catalogus editus eſt in 4to, dicto Anno; in qvem Daniæ lumen Thomas Bartholinus ſeqvens diſtichon condidit.

Librorum titulos defuncti pagina monſtrat,
Vera ſed in vivo Bibliotheca fuit.

*Confer pag. præced.* 166. 167. 168.

PLUTEI IN HAC BIBLIOTHECA EXTANTIS ARTIFICIOSISSIMI.

Volubilem qvem ſpectas pluteum nobilis Dn. OTTHO TOT Dn. de Neſſ. Præſes Reg. Malmog. ſtupenda artis ſolertia adornandum curavit Anno Dom. Jeſu Chriſti M. DC. LIII. & unà cum conjuge Generoſiſſ. Dn. DOROTHEA ROSENKRANTZ Magni Oligeri Roſenkrantzii Filia huic divinarum & humanarum ſcientiarum domicilio conſecravit.

TEM-

## VI.

# TEMPLI S. PETRO DICATI

VI. Templi D. Petri.

ante Reformationem Danici; nunc vero ab Anno Ch. 1574 *ſicuti ſcribit Martinus Zeillerus in deſcript. Dani. pag.* 184 ſive 1585 *ut vult Janus Laurentii Encom. Dan. pag.* 365 Germanici, cujus Paſtores fuêre ſeqventes.

1. M. Laurentius Petreius Hadeiſlebienſis, Witebergâ huc vocatus, ſepultus eſt in Templo B. Virginis Mariæ & qvidem in Sacello M. Johannis Alburgenſis.

2. Dn. Ovenius.

3. M. Johannes Homannus An. Ch. 1593 in Templo B. Virginis Mariæ humo mandatus.

4. M. Johannes Krafft ſine Diacono aut Collega ob paucitatem Auditorum.

5. Dn. Bernhardus Meyer cujus tempore ipſi adjunctus eſt Diaconus & qvidem primò M. Johannes Stemanni, poſtea vocatus ad S. Nicolai Templum qvod Hamburgi eſt vixitq; ibidem 5 Oct. An. 1647: Secundò M. Johannes Beyerling (Beurle) Svevus qvi hoc officio non diu functus eſt, ſed ipſemet reſignavit: Tertiò M. Simon Henningii qvi An. 1633. 2 Febr. ad Diaconatum vocatus poſtea remotus eſt ab officio Paſtore Doct. Thoma Lindemanno.

6. Doct. Thomas Lindemannus vocatus An. 1638. 15 Septem. obiit 1653.

7. M. Daniel Pheiffius, Johannis Pheiffii I. U. D. & in Pomerania Ducalis Judicii Advocati filius, vocatus ad Diaconatum An. 1651, triennium poſt ad Paſtoratum, & An. 1662. 3 Febr. ad Theologicam in Regia hac Academia Profeſſionem, eodem anno obiit.

8. M. Hieronymus Buck Lubecenſis vocatus ad Diaconatum

An. 1661. 18 April: & ordinatus 1 Maij: defunctô verò Pheiffiô ab auguſtiſſimo noſtro Rege Friderico III Paſtoris muneri An. 1664. 9 Maij eſt præfectus.

# IN CHORO.

## I.

## EPITAPHIORUM.

Heic jacet
M. DANIEL PFEIFFIUS (a)
Ex inſigni Pfeiffiorum Fabrorumqve
Proſapia,
Natus Anno CIƆ IƆCXVIII. Die Jul. XIII.
Denatus Anno ejusdem ſeculi LXII
Nocte inter Auguſt. XVII & XVIII
Iſta ſcilicet
Quæ Sabbathum ſeqvebatur Eccleſiæ
Abiit ut Sabbathum celebraret Chriſto
Ita vixit ut moreretur Mundo,
Ita mortuus eſt ut viveret Deo
Verbi Præco Annis undecim
Maritus amabilis uno minus.
In Eccleſia Paſtor fidelis,
In pauperes benignus
Omnibus amicus,
Ita fuit, dum præſens fuit,
Ut abſentem omnes lugeant,
Anno CIƆ. IƆC. LXII.
P. M. S.
Siſte gradum viator
Cineres heic æſtimabis Magni Theologiæ
Conſulti
Et humanæ pariter ſapientiæ qvaſi
Promi condi

Dni.

Dn. M. DANIELIS PFEIFFII
Qvi donec vivus inter Mortales ambulavit
Non niſi immortalia qvæſivit
Jam vero Cœleſtia occupavit
Juventutis Primitias Deo ſtatim dedicavit
Sacra Biblia & Sanctos Patres ſæpius
Pertractavit
Deum & myſteria ejus ſubmiſſe adoravit
Sed ad omnia prope Regna ſumma adiit
Et Maximos qvosq; Doctores in iis audivit
Qvæ ab exteris cunq; optima reportavit
Eccleſiæ ſuæ fideliſſime communicavit
Ibamus ad eum plenis undiq; viis
Alliciebamur verborum lepore
Suſpendebamur ſententiarum gravitate
Flectebamur Orationis viribus.
Habitum venerabamur Viri & Statum
Sed & indolem qvandam in oculis & vultu
Cum præfari inciperet omnes arrigebamus aures,
Canora vox, verba electa, grandes ſententiæ
Qvi Rhetorices gnari agnoſcebamus
Inciſa deprehendebamus membra
Circumductum ſentiebamus
Capiebamur numero
Cum partiri pergeret, nihil ſentiebamus
Impeditum
Nihil inane, nihil qvod caudam traheret
Cum texeret argumentorum nexus
Impediebamur
Cum retexeret expediebamur
Ubi inſerebat narratiunculas ducebamur
Ubi premebat veris manus dabamus.
Cum tentaret Affectus mitiores bonis
Per os lacrymæ
Cum duriores, multum ruboris
In facie.
Deniq; pro re ipſa & Figuras variabat

Et

Et vocem flexu, & actionem geſtu
Commendabat
Omnia verò in ipſo ſuggeſtu creſcere
Videbantur
Idem poſtridie qvaſi alius audiebatur.
Sed eo ipſò melior, qvi pridie viſus optimus.
A Rege juſſus Cathedram qvoq; conſcen-
dere Academicam
Huic Honori, Ah! immortuus eſt,
Sublimiori etiam præceptus.
Familiares ejus nihil vidimus
Eo placidius
Nihil etiam cautius
Qvare & a ſummis ſæpe Viris viſebatur
Nec moleſtus qviſqvam illi,
Qvi fatigari neſciebat. Verbo
Ille omnes æſtimabat vivus
Nos omnes deploramus mortuum
Heic vero jacet ſolus
Tu fave manibus illius Viri
Qvi omnes pios tenerrime amavit
Et impios qvoq; in viam redire juſſit.
Jam vade viator
Memorq; vive Lethi.
Hoc Epitaphium
L. M. Q.
P.
HIERONYMUS WEITZIUS.

---

*Deo op. Max. Sacrum*
*&*
*Memoria*
*Reverendi admodum & præclariſſimi VIRI*
*Dn. M. DANIELIS PHEIFFII*
*qvem*
*Diu ille tot erudiriſſimarum animarum Carnifex*
*CALCULUS*

*Nigro*

*Nigro ipſe notandus calculo vitâ expulit.*
*Quem acerbiſſimè luget*
*Mœſtiſſima conjux geminaq; proles.*
*Quem deplorat*
*Eccleſia Teutonica Paſtorem antehac ſuum vigilantem*
*Animarum Curatorem fidelem ac zelo gloriæ divinæ ardentem,*
*Ipſumq; adeò pietatis emendatiſſimum Exemplar.*
*Quem deſiderat*
*Juventus Academica*
*Deſtinatum Cathedræ Theologicæ Profeſſorem,*
*Ut pote cujus divinis animi ac ingenii dotibus frui non licuerit.*
*Quem deflet*
*Tota Hafnia*
*Prudentia, humanitatis ac probitatis nomine cunctis amabilem.*
*Quiq; tandem*
*Vita hic ſanctè tranſacta*
*Jam tranſcriptus in æternas ſedes*
*Sempiterno apud Deum perfunditur gaudio*
*Hic in terris ſemper*
*glorioſè memorandus.*
*P. N. M.*

---

Der hochedler Geſtreng und Groſmanhaffter Her EGGERIKEN JOHAN Lubechs dehro Kongl: May: Zu Dennemarck/ Norwegen/ wolbeſtalter General Majeur Obriſter zu Fues und Commendant in der Kongl: freye Reichs und Reſidentz Stat Copenhagen/ wo ſelbſten Er den 22 Aug: Anno 1661 ſanft und ſelig im Herren entſchlaffen ſeines Alters 61 Jahr. Verill: cum Inſig.

---

Inſignia Antonii Caths juvenis Nobiliſſimi: natus eſt Hagæ Comitis obiit Hafniæ Anno CIƆIƆCLX 11 Januarij. Ex ligno cum Inſig.

---

Ee Hier

Ex lapidibus cum Eſiig.

Hier unter liget begraben der Ehrenachtig und Wolferneh-mer JOHAN BRAM Ihrer Könial: May: und Printzl: Durchl: in Dennemarcken geweſener Factor / weit berühmter Kaufman und dieſer Kircken in die 23 Jhar geweſner Elteſter ſampt deſſen vielgeliebte Haußfraw die Ehr und vieltugentreiche Cæcilia Bruns/ welche geſtorben den 7 Decemb. Anno 1641/er aber Anno 1646 den 1 Januarij und hat ſein hinterlaſner Bruder Gøddert Bram diß Epitaphium ihnen zur gedechtnis auffrichten loſſen. Gott verliehe ihnen und uns allen eine fröliche Aufferſtehung/ zum ewig Leben.

## II.
## Lapidum Sepulchralium.

Anno
Monumentum hoc pro Se E- - - - - -
Bus ſuis poſuit Vir Reverend. - - - -
Spectatiſſimus JOHANMES BOJ - - -
Conſiſtorii Sleswiſenſis Ad - - -
Canonicus ut & Qvæſto - - - - -
Sub qvo etiam ſita ſunt o - - -
Liberorum Titi & Gerhar - - - -
Qvorum prior obiit Anno - - - - -
7 Menſes Alter Anno 1635 - - -
Salve terra mei qvæ luctus - - - -
Cauſa ſed ejusdem terrea - - - - -

Hier liget begraben die Edle und Wolgeborne Fraw ANNE VLFELD S. Jacob Vlfeld Reichs Can-

Cantzelers Tochter/Gott gebe Ihr mit allen gleubigen eine frôliche Aufferſtehung am Jungſten Tage.

Die Hoch edle geborhne viel Thugentreiche Fraw JULIANA ELIZABETHA von Reichow gebohren aus den Vhr-alten Geſchlechten von Reinching und Andelow/ der Hochlobligſten Kônigl: Jungen Herſchafft getrewe Hoffmeiſterinne/ iſt zu Durchlich im Jhar 1596 den 6 Aug: geboren/zu Copenhagen im Jhar 1652 den 22 Octob: ſanfft und ſelig entſchlaffen.

BERNHARDUS MEIERUS

Paſtor Templi hujus qvondam primarius natus Flensburgi Anno 15 ipſa bruma Anni ineuntis 15 denatus Hafniæ 24 April 1634 exſpectat reſurrectionem.

Der Wol Edle und Thugentſamen Frawen Frawen SOPHIA Hedewich von Blixen Hoffmeiſterin der Kônigl: Frewleins begrebnus und des Erben/ iſt geſtorben den 3 Feb: Anno 1643. Gott verleihe derſelber eine frôliche Aufferſtehung.

Apoc: 14 v. 13.

## III.

## Cipporum.

Hier ruhen die Gebeine

Des Weyland Hoch Edlen und Geſtrengen Herrn THEODORI LENTEN welcher zu Oßnabrûg den 14ten Martij Anno 1605 von Vornehmen Eltern erzeu-

get/von erſter Jugent an zu ſtatlichen Wiſſenſchafften angeführet/ durch angewanten Fleiß und Vieljährige Peregrinationen zu Herrendienſten tuchtig befunden / Anno 1635 Verehliget / mit vier Söhnen und Dreyen Töchtern geſegnet / Anno 1637 von Ihrer Königl: Maytt. Herrn Friederich dem Dritten / bey dahmahls geführter Ertzbiſchofflichen Bremiſchen/ und darauff/ Anno 1648 erfolgeter Königl. Dennemarckiſchen Regierung / vor Dero Cammer Secretario und Raht beſtellet/ dabey Vielfältig begnädiget / nachgehents zum Teutſchen Cantzlern und Aſſeſſoren in Collegio Status und höchſtem Gericht beruffen/ von Gott aber den 20ten Februarij Anno 1668 durch einen ſanfft und ſeligen Todt abgefordert worden/ da Jhn Gott ewiglich erfrewe.

## *In media Templi parte.*

## I. EPITAPHIORUM.

Ex lapidibus cum Effig.

### Jörgen Petterſön.

Aken/ Leiden/ Coppenhagen
Wiſſen von mir wol zuſagen
Aken lies ich Aken ſein
Haiſt der Luthe ſchen Gemein
Ein Kirck in Leiden Bawen
Hie vertraut man meinen Glauben

Dieſer Kirchen vor zuſtehen
Vnd der Armen beſtes ſehn
Habe nun den Lohn erworben
Das ich ſelig bin geſtorben.

Anno 1627.

Deo & Eccleſiæ hoc Soceri Monumentum reparavit Gener Steph V. Eſſen M. DC. L.

Anno

Anno 1629 den 2 April: der Edler und Manhafft VLDRJCH BAPST von Ehrfort Kongl: May. zu Dennemarken Capitein in Copenhagen Chriſtlich verſchieden. Ex ligno cum Inſign.

## II.

## Lapidum Sepulchralium.

Hic qvieſcit Vir Clariſſimus & Excellentiſſ: Dominus Doctor PETRUS THEODORICUS Paynge Chymicus qvondam Regis Chriſtiani IV. celeberrimus qvi Anno Chriſti M. DC. XXXXV. ætatis ſuæ 70 Menſ: April: die 12 hora 12 Men. animam Creatori reddidit.

Inſignia Gentilitia familiæ Rulandiæ.

In Sepulchro hoc jacet ÆGIDIUS RULANT Rutgeri juris Conſulti filius qvi anno 1628 menſ. Sept. obiit.

*In altera Templi parte*

## I.

## EPITAPHIORUM.

Der Woledle Geſtrenge und Ehrenveſte ULRJCH von Gijnroht Churfürſtlicher Durchleuchtigkeit zu Sachſen Ge- Vexill: cum Inſig.

mahlin Cammer Juncker/ Starb in Copenhagen den 4 Octob: ſeines Alters 64 Jhar: Gott verleihe ihm ein fröliche Aufferſtehung Anno 1634.

# II.
# Lapidum Sepulchralium.

D. O. M. S.

Deſideratiſſimo Marito MARCO SCHMIDEN Reg: Majeſt: Dan: Norvegiæ Perſonæ Chirurgo, nato Anno M. DC. XVII, denato anno M. DC. LVII, Ætatis ſuæ XL, Conjugii VII, Mœſtiſſima uxor Catharina Glæſein ſpe glorioſæ Reſurrectionis & æternæ conjunctionis H. M. P.

Lege Viator
Et ſecuritatem relega
Diſce qvàm humana vertat evertatq; punctum temporis
Cumq certiſſimi lethi incertiſſimum & genus ſit & momentum
Lethum omni momento bene vivens exſpecta
Adverte verò adverſiſſimum nec opinatum caſum
Eximia Virginum
REGINA MAGDALENA.
Nobiliſſimi & ampliſſ: Viri
THEODORI LENTEN
S. Reg: Majeſt: Dan: Norv. &c. à conſiliis Secretioribus
Filia
Non hoſtili non inimica non deſtinante manu
Imprudentius ac infelicius emiſſa Sclopeto glande
Proh dolor! occubuit
Nempe qvi defunctæ vitam vel ſua ipſius ſi licuiſſet
Redimere præoptaſſet
Ille vitam ipſi adimere ſed inſciens ac invitus feſtinavit
Mirum!

qvæ

qvæ obſeſſa urbe prægrandes illos è tormentis hoſtilibus vibratos globos qvi domos pariter ac homines ſternebant cœlitus protecta eluſit
Ei minuſcula glans ſclopeti domeſtici
Spiritum eliſit
Sic adeo timuit mortem & evaſit
Non timuit & oppetiit
Duræ Vices
Qvam Iuno jam jam parabat jugali componere thalamo
Hanc Morta properabat gelido componere tumulo
Heu! præmatura & præcipitata mors attamen beata
Neq; enim imparatam prorſus oppreſſit Virginem
Qvippe pietati nunqvam non ſacra facientem
Virtuti ac modeſtiæ perpetuo litantem
Ut qvæ iis qvoq; nominibus enitere inter Virgines qvam maxime
Niteretur Ipſe qvidem flos pudoris illibatus
Ipſum decus ac delicium Virginei chori
Ubi amabilitas morum cum ipſa pietate paria faciebat
Qvo ipſam teneriùs amabat ſponſus cœleſtis
Maturiusq; exemptam terris curis ac timoribus
Cœlo ac æternæ felicitati aſſeruit.

## Epigramma.

I.

Regis ut æterni REGINA acceſſit in aulam
Qvod ſitiit Regni jam fruitura bonis
Cedite Reginæ terrarum, cedite, dixit,
Veſtra etenim ſordent aurea Sceptra meis.

II.

MAGDALIS illuſtri vocitata eſt nomine vivens
Debuit illuſtri vulnere ſtrata mori.

III.

Funere præcipiti cecidit cum LENTIA virgo
Hoc ipſo cecidit funere qvarta Charis

Petr. Nic. Mehrnerus.

D.O.

D. O. M. S.
*&*
*Memoriæ*
*Optimi prudentiſſimiq; Viri*
*JOACHIMI MOLTKEN*
*Bibliopolæ Hafnienſis Primarii*
*Qui inter literas librosq; perpetuo verſatus*
*Quam plurimos docuit*
*Doctrinam verò non ore tradidit ſed manu*
*Mille Librorum venditor*
*Pluris quam mille libros unicum librum æſtimavit*
*Quippe in eum adeoq; in novam civitatem*
*Non atro liqvore ſed rubro ſangvine agni inſcriptus erat*
*Ad quam incolendam pleno ſemper gradu*
*Etiam cum qvieſceret contendebat*
*Qvod cum pergebat iter*
*Arctiſſimo tandem oppreſſus ſomno*
*Potiore ſui parte ad dictam civitatem præmiſſa*
*Alterâ verò matri communi commiſſa*
*Non niſi ad clangorem tubæ ſed citra angorem evigilabit*
*Ibi tum omnes omnium aperti libri*
*Omnia omnium facta qvantumvis ante operta*
*apertiſſima facient*
*At hic factâ dudum gratiâ debiti*
*In experiundo jure faventem*
*Experietur judicem.*
*Tui qvoq; libri, Lector, memineris*
*P. N. M.*

## III.
## Cipporum.

Hier unter ruhet dem Leibe nachder Weilandt Hochedler Veſt und Großmanhaffter Herr NICOLAUS HELL welcher in Dittmarſchen von Statlichen Eltern erzeuget ſeyd dem 16 Jhar

ſel.

ſeines Alters verſcheidenen Dienſten alle Jharen zur See durch gangen bis er in Anno 1652 vice Admiral in Flandern und Anno 1654 bey Dero zu Dennemarck/Norwegen Kongl: May: auch dar nach Aſſeſſor im Admiralitetz collegio geworden und in ſolcher ruhmbligſten Vorwaltung am 7 Aug: in Köpenhagen ſelig in Gott entſchlaffen iſt.

---

Hier in ruhet der Getrewe Weylandt Herr CHRISTIAN DIRLEFS welcher zu Rendesburg Anno 1635 von fürnehmen Eltern erzeuget von Jugent an in Statlichen wiſſenſchafften auffgebragt ob ſeiner geſchichligkeit alsbald Anno 1660 bey den Ambaſſaden in Engell. und Polland Legations und nachgehents Cammer Secretarius Anno 1665 Königl: Rath worden und in beſter blühe am 24 Feb: 1667. Selig verſchieden iſt ſeines Alters 31 Jahr 3 Monat und 8 Tage ſeines Eheſtandes nicht gar 37 Wochen deſſen Seele Gott erfrewe.

---

ANNA MARGRETA Mohren M. PETRI SARTORII Jhr Königl: May: Frandtzös Hoff Predikantz Hertz geliebte Ehefraw gebohren zu Franckfurt am Mäjen Anno M. DC. XLII. im Monat Auguſto geſtorben Anno M. DC. LXVI. ult: April: HErr JEſu dir Leb ich dir Sterb ich dein bin ich Tod und Lebendig.

En Dieu mon eſperance.

Baruch. 4. v. 23. &c.

---

Hier ruhet in Gott die Wolgebohrne Fraw Fraw ANNA MARGARETA von Holſten des Weylandt wolgebornen Herrn Herr

 Dio-

Dionyſij von Poudewels Dero zu Dennemarck / Norwegen Kö- nigl: May: Christiani IV geheimbter Rahts wie auff Ihrer Hoch Fürstliche Durchl. Christiani V. wolfororbneten Hoffmarſchalcks auff Gram Erb-Herr und der Wolgebornen Frawen Fraw Catharina Hedewich von Poudewels Gebohrene von Ahlefeld auß dem Hauſe Seegardt dero zu Dennemarck Norwegen Kongl: May: wolverordnete Fraw Reichs Hoff-Meiſterinden Eheleiblicher Tochter gebohren auff dem Adelichen Hauſe Gramm den 2 Junij Anno 1645 Verehliget an dem Wolgeborhnen Herrn H. Adolph Hans vom Holſten Dero zu Dennemarck Norwegen Kongl: May: Wolbeſtalter Hoffraht den 10 Nov: Anno 1665 ſelig in Gott entſchlaffen zu Copenhagen den 14 Aug: Anno 1666 umb Mitternacht ihres Alters XXI Jhar 10 Wochen 3 Tage.

---

Hier innen ruhet die Wolgebohrne Fraw MARIA ELISABETHA von Harthuſen Gebohrne von Geißpitzheimb welche am 23 Oct: Anno 1602 zu Käyſers Lauteren an dieſe Welt gebohren den 16 Feb. Anno 1647 mit dem Weilant Hochedel gebohrnen Herrn HENRICH von Harthuſen auff Thinenhauſen Erb-Herren vermahlet Anno 1647 den 3 Aug: von Dero zu Dennemarck / Norwegen der Wenden und Gohten König: May. unſerer Allerhöchſten Königinnen und Frawen zu einer Hoffmeiſterinden Dero Adelichen Frawen-Zimmers angenommen und Endlich den 7 Septemb. Anno 1665 in der Königl: Reſidentz zu Copenhagen durch einen ſelichen abſcheid auß dieſer Zeitlichkeit abgefordert worden iſt Ihres Alters im LXIII ſten Jar weniger 6 Wochen und 3 Tage Gott verleje ihr zu nebenſt allen Auserwelten eine frölich und frewdereiche Aufferſtehung umb JEſu Chriſti würdigen verdinſtes Willen.

---

Alhie ruhet der Welland Hochedle und Manhaffter Herr PAULUS TSCHERNING welcher Anno 1627. den 25 Janv. Am Tage Pauli zu Bunzlou in Sleſien von fürnemmen Eltern erzeuget und vor erſten zu Tugent in ſtadtlichen Wiſſenſchafften und Erfah- rung

rung auff geſüret bis er Anno 1655 in Dennemarcken kommen bey damahligen Kriege alsbalt General Auditeur und nach demſelben noch darzu Aſſeſſor bey dem Königl: Krieges Collegio geworden und in beider Ampter rhumlichen Verwaltung entlich am 17 Septemb. 1666. zu Copenhagen ſeligen entſchlaffen iſt.

Hir ruhet in Gott DOROTHEA CHRISTINA des Wol Edlen und veſten Herrn Conrat Heſſens I. V. D. und Cero zu Dennemarck Norwegen Königlichen May: Beſtalter Hoff und Cantzelei Raht und der Wol Edlen Frawen Anna Katharinen Heſſen gebohrnen Lentin Eheliche Tochter gebohren den 30 Tag Nov: 1666 zu Copenhagen in Gott Selig entſchlaffen ihres Alters 1 Jhar 9 Monath 14 Tage Gott verleihe ihr eine fröliche Aufferſtehung und uns übrigen eine ſelige nachfart etc. Matt. 19.

HENRICH ERNST Matheſius Heinrici Matheſii Filius Henrici Ernſtii nepos ex filia natus die 21 Julii denatus die 26 ejusdem Anno 1667.

*In tertia Templi parte.*

I.

## EPITAPHIORUM.

Anno 1628 den 28 Maij iſt ſelig abgeſcheiden Königl. May. zu Dennemarck Norwegen etc. und des Fürſtenthumbs Schleßwig / beſtalter Ritmei- Ex Verill: cum Iſign.

 ſter

ſter HENRICH BLUM auß Holſtein dem Gott Gnade verleihe.

---

Vexill: cum Inſig.

Anno 1628 den 20 Apr: iſt in Got ſelig Entſchlaffen Königl. May. zu Dennemarck und Norwegen geweſener Obriſter FRANZ JACOB Bech von Baſel dem Gott gnedig ſey.

---

Ex ligno cum Inſig. & Effig.

Dieſem Heyl. Orte zum Zierde und zu gedechtnüs hat Weylant CLAUS KROGERN der Durchleuchtigſten Großmächtigſten Fürſtinnen Frawen Fraw Sophia Amalia zu Dennemarck/Norwegen Königin geweſener Cammer-Diener welcher Anno 1654 den 28 Decemb: auff den Königl: Schloß alhier in 34 Jar ſeines Alters in Gott ſelig entſchlaffen / hat dieſes Epitaphium Lorentz Luxen Allerhöchſte Ihr Königl. May. verwalter auff Hirſchholm und deſſen lieben Haußfrawen Chriſtine Joſtens allhier auffrichten laſſen.

## II.

## LAPIDUM SEPULCHRALIUM.

Hie war kurtz meines Lebens Zeit
Erfüllet mit viel Angſt und Leid
Bis mich der Höchſte hat erfreut
Mit der Himliſchen Seligkeit.

Ge-

Genug hab ich gelebt der Welt
Zu leben mit Chriſto jetzt geſelt.
Phil: 4. v. 21. 2 Tim: 4. 2. Act: 16. 21.

## *Pulpiti.*

Von dem Was Herr JOHAN BRAM Selig dieſer Teutſchen Kirchen vermacht hat ſeiner hinterlaſſener Bruder GODDERT BRAM dieſe Pulpitur Gott zu Ehren dem Kirchen zum Zirath und ſeinem Seel: Bruder zum Gedächtnis laſſen bekoſten und verfertigen.

Im Jahr 1649.

JOHAN. BRAM. GODDERT BRAM.

1.

Nach dem Regen ſcheint die Sonne/
Auff Leid folget Frewd und Wonne/
Jauchtze/ Jauchtze liebe Seel!
Alles Leid iſt überwunden
Alles Unglück iſt verſchwunden;
Jauchze dem Gott Iſrael!

2.

Gott grüſſe dich mit Gnaden ſchein/
Du außerwehltes Jungfrawlein!
Der HErr Zebaoth iſt mit dir/
O aller Weiber Cron und Zier!

3.

Andre mögen den PLATONEM
Andre hören dem CICERONEM
Und was Weltwitz übt und treibt/
Höre du die Wort des Leben/

Aller Weltwitz iſt vergebens/
Gottes Weißheit ewig bleibt.

4.

Auff wol auff dich Gottes Liebe/
Gott geliebtes Hertz ergiebe:
Der aus Liebe kompt zu dir
Dir zu Lieb iſt er geboren
Ohne den du gantz verlohren
Singe/ Spring und Jubilier.

5.

Der uns hat ſein Sohn gegeben
Uns ſein Himmelreich darneben
Wird uns Nehren auch den Bauch
Der das Wild im Walde weidet/
Und die ſchönen Blumlein kleidet
Wird uns ja verſorgen auch!

6.

Packe dich mit deinen Stricken
Mit Liebkoßen ſchmincken ſchmicken
O du falſke Teuffels Braut!
JESU dir ich mich ergebe
Deiner bleib ich Sterb und Lebe
So hab ich viel Baß gebawt.

7.

Wo man ſieht tauff Waſſer gieſſen
Da der Wunden brunlein flieſſen
Da fleuſt lauter Gottes Blut.
Da ſich Gottes Botten finden
Und zu waſchen ab von Sünden
O der reichen Gnaden Fluth!

Der

8.

Der kein Schlaff befalt noch ſchlummer
Wil in Ungeſtüm und Kummer
Daß Wir ruffen deſto mehr.
Auff ô Meer und Waſſer treter/
Unſer Helffer und Erretter /
Auff / bedrawe Wind und Meer.

9.

Wenn du Sünde wilt zurechen
Wer kan Pabſt vermeſſen ſprechen
Daß er gnug und übrig thu.
Du HErr JEſu griff zum beſem
Kehr aus alles Sünden weſen
So hat mein Hertz Raſt und Ruh.

10.

Welche Lieb hat meinen Leben
Zu dem Liebesmahl getrieben
Welche Weißheit gut und Gnad!
Waß uns kan den Todt und Leben
Newe Leben kreffte geben!
Hier man zu genieſſen hat.

11.

JESU bild ein meinem Leben
Vier ſchräck-Bilder umb wol Leben
Nemlich dein und meinem Todt
Dein Gericht und ewig Leben /
Daß wird mich vor dem verderben
Sichern und vor aller Noht!

12.

Die Creutzrüſtung Wehr und Waffen
Meinem Hertzen Rettung ſchaffen

Wie-

Wieder Sünd / Todt / Hell und Pein.
Sie ſind mir ein Büſchel Myrrhen
Und ein Kleinot meiner Stirren
Perl und Edelen Geſtein.

13.

Weg ô weg mit aller Sünde /
JEſus Hertz pfeil ich empfinde!
Weg ô weg mit Satans Pfeil /
Weg ô weg mit frembder Liebe:
JEſus Liebe dich ergiebe /
O mein Hertzlein / eyl ô eyl!

14.

Der mit Abraham geſpeiſet
Bey Zacheo durch gereiſſet
Und gehauſet über Nacht
Der hat ihm ein ewig bleiben
Todt und Teuffel zu vertreiben
In mein gläubigs Hertz gemacht.

15.

Der ſo Trewlich dich gemeinet
Daß er Blut vor dich geweinet
Hat dich außgeſünt mit Gott!
Solch ein ſchewſel iſt die Sünde /
Was kein Menſch ertragen könte
Daß thut Gottes Blut und Todt!

16.

Alſo recht mein Hertz entzünde /
Kälte / Finſternis und Sünde
Dempff / O liebes JESULEIN
Laß ſich in mir ſtets vermehren /
All Unſauberkeit verzehren
Deine liebes Flammelein

Jeg

17.

Ich Steh und Klopff an der Pforten
Gleubigs Hertz wirſtu Antworten/
Will ich bey dir kehren ein/
O wach auff / wach auff mein Hertze
O mach auff / mach auff / verſchertze
Nicht dein liebes JESULEIN.

18.

I. N. I. J.

Alle Stürmen auff mich Armen
Aller wil ich mich Erbarmen/
Allen wil ich Gnedig ſein!
Alle will ich ſie auſſühnen
Kommet alle / laſt euch dienen
Vor Sünd / Todt und aller Pein.

Anno 1659.

Die Kugel nun Sanct Peter tracht
Da mit die Schwerd ihm niederlagt
Vorm Jar im Herbſt Monat;
Wie Tapper damals dieſe Stat
Durch Gottes Gnad gewehret ſich
Wird Kindes Kind vergeſſen nicht.

## *Extra Templum.*

Ein Hertz mit Rew und Leid gekrenckt
Mit Chriſti thewren Blut beſprengt
Bring ich meinen HErren JEſu zu
Dar auff ſchlaff ich ein zur ewigen Ruh.

Ach das nun kom der frölich Tag.
Da JEſus Chriſt nach ſeiner zuſag
Wird herfür bringen gantz und gar
Was in der Erden beſcharret war.
Und wir durch der Poſaunen Schall
Werden aufferſtehen allzumall
Da ſollen wir einander wieder ſehn
Mit Chriſto zur Himmels freud eingehn

Anno 1637.

Wie Gras und Blüme auff dem Feld
Alſo ſind die Menſchen in der Weld
Hie zeitlich Leben allezeit
Iſt Kreutz / Leiden / Müh und Arbeit:
Betracht alſo dein letztes End
Dein Hoffnung zu Chriſto wend.

## Campanarum.

Anno 1649 hat der Durchleuchtigſter Hochgeborner Fürſt und Herr König Friederich der Dritte zu Gottes Ehre dieſer Kloche gegoſſen der Teutſchen Kirchen S. Petri Allergnädigſt vorehret / damals beſagten Kirchen Prediger Doctor Thomas Lindemen und M. Simon Hennings zu ſelben zeit wahre der Kirchen Eiteſte und vorſteher Gotthart Bram / Marten Schnitznicht Aſſerens und Hans Herman Hinſter. Judith. 16. v. 17.

Me fecit Claus van Dam.

Dominus  Providebit.

Die

Dieſe S. Peters Kloch iſt gegoſſen in Copenhagen Anno Chriſti 1646 den 4 Aug: von Meiſter Claus von Dam von Hamburg bürtig und iſt damals Predigers geweſen zu der Teutſchen Kirchen D. Thomas Lindeman und M. Simon Hennings.

Kirche Elteſte vorſteher Goddert Bram/ Marten Schu'tz/ Juſt Stapel/ Wichman Möller.

---

Auß dem Feur bin ich gefloſſen
Felix Fux hat mich gegoſſen
Anno 1630.

Dieſe Kloche lies gieſſen Johan Bram/ Jörgen Peterſen/ David Mord/ Matthias Klowman nach Jhr Kön: May: Privilegium Anno 1630 den 18 Decemb:
Bernhardus Meyer Paſtor

---

Dieſe Kloche haben laſſen Gieſſen die Vorſteher der Teutſchen Kirchen S. Petri/ Johan Bram/ Jörgen Peterſen/ David Moert/ Michel Kruſe/ und iſt da zu vorehret von etlichen Chriſtlichen Geſellen in Copenhagen Anno 1631.

Goes mich Hans Kemmer.

VII. Templi Regentiani.

## VII.
# TEMPLI REGENTIANI

cujus Paſtores ab ipſa ejus Fundatione Anno 1635 factâ fuêre ſeqventes

1. Dnus. Magnus Wilhadi ab An. 1635 circa feſtum Michaelis ad Annum 1639 diem S. Joh. Baptiſtæ.
2. Dnus Otto a die S. Johann. 1639 ad feſtum Pentecoſt: 1640.
3. M. Janus Juſtini Montanus ab An. 1640 die 30 Maij.

In hoc Templo nullæ leguntur Inſcriptiones.

VIII. Templi novi extra Portam Septentrionalem.

## VIII.
# NOVI TEMPLI

extra Portam civitatis Hafnienſis Septentrionalem fundati Anno 1625, conſecrati Anno 1628 Domin. 1 Trinitatis, & igne devaſtati 1658: Cujus Paſtores fuêre ſeqventes

1. M. Thor Erasmi ab Anno 1625 usq; ad Annum 1627 qvo anno vocatus eſt Epiſcopus Guthlandicus.

2. Dnus

2. Dnus Petrus Nicolai Sæby ab Anno 1628 Dom: 1 Trinitatis qvo die Templum conſecratum eſt uſq; ad Annum 1627 in Auguſto.

3. Dnus Petrus Nicolai Slagloſienſis ab An. 1629 uſq; ad Annum 1644 diem Pentecoſtes.

4. M. Petrus Munck Ivari Conſulis Hafnienſis filius ab An. 1644 10. Jul. uſq; ad Annum 1654 qvo die 5 Aug. obiit.

5. Dnus Benedictus Olai Hallandus vocatus An. 1654 Menſe Septembr.

Hujus Templi unica exſtabat Inſcriptio ſupra Portam Meridionalem, qvæ hæc erat.

ÆDEM HANC SACRAM JUSSU REGIÆ MAJESTATIS CHRISTIANI IV ÆDIFICAVIT TEMPLUM DIVÆ VIRGINIS HAVNIENSE SUO SUMPTU.

# IX.
# ACADEMIÆ

IX. Academiæ.

*Inſcriptio capſulæ Auditorii ſuperioris Academiæ Hafnienſis in qva Sceleton virile ante nonnullos Annos aſſervabatur, à Doct. Henningo Arniſæo Archiatro Regio Academiæ donatum.*

QVIS QVIS ES
MORTALITATIS MEMOR DISCE
AD IMMORTALITATEM PROPERARE
REG. HAFN. ACADEMIÆ ORNAMENTO

HUMAN. FABRIC. STUDIOS. COMMODO.
HÆCCE CORPORIS HUMANI OSSA
DONARIA
VIRI CLARISS.
D. HENNINGI ARNISÆI
MEDICI REGII
IN SCELETI FORMAM REDEGIT
OLAUS WORM D.
MED. PROF. P.
ANNO MDCXXIIX.

*Inſcriptio Globi magni Orichalcici cæleſtis Tychonis Brahei (cælatis fixis prope mille, quibus eſſe locis An. Chr.* 1600 *completo debuerunt) quæ circa Horizontem aureis Literis legitur.*

ANNO A CHRISTO NATO M. DLXXXIIII, REGNANTE IN DANIA FRIDERICO SECUNDO, HUNC COELESTI MACHINÆ CONFORMEM GLOBUM, IN QVO AFFIXA OCTAVÆ SPHERÆ SIDERA COELITUS ORGANIS DEPREHENSA SUIS QVÆQVE LOCIS AD AMUSSIM REPRÆSENTARE: ERRANTIUMQVE STELLARUM PER HÆC APPARENTIAS PERVESTIGARE DECREVIT: COELO TERRIGENIS, QVI RATIONEM EAM CAPIUNT, MECHANICO OPERE PATEFACTO, TYCHO BRAHE O. F. SIBI ET POSTERIS. F. F.

*Qvòd verò annus hìc adſcribitur* 1584 *eò id fit qvòd is circa medium tempus, dum hæc ſtructura elaboraretur, incideret, qvadriennio nimirum ante obitum laudatiſſimæ Memoriæ Regis Friderici II, qvi Tychonem ejusq; Studia liberaliter & clementer fovit, ac Regio amore, qvoad vixit, proſecutus eſt, teſte Tych. in mechan. Hic vero Globus inchoatus eſt primum Auguſtæ Vindelicorum & exinde in Inſulam Huenam tranſvectus eſt, teſte Gaſſendo de vit. Tych. Brah.*

Brah. lib. 2. pag. 59. *Advectus verò eſt Auguſtâ eo ipſo anno qvo Uraniburgum fundatum eſt, & cum deprehenſus fuiſſet interhians rimis, & non exqviſite rotundus, malo utriq; proviſum fuit, tum rimis oppletis, tum ſuperſtratis aliqvot membranarum centuriis, & facto biennii periculo, num tempeſtatum varietas rotunditatem qvidpiam vitiaret, ſuperſtructæ fuerunt orichalcicæ laminæ, ea compactione, ut totus Globus ex ſolido orichalco videretur conflatus. Facta levigatione & tam Æqvatoris qvam Zodiaci circulis cœlatis, inq; minuta ſingula per transverſa puncta diviſis, exploratum uno adhuc anno eſt, num qvà ab exacta rotunditate deſciſceret. Cùm non feciſſet, tum delineatæ ſingulæ imagines fuère, tum Stellæ inſculptæ, prout fuit cujusq; temporis progreſſu locus obſervatus.* Idem ibidem lib. 4. pag. 133 134. *Hunc verò globum universè conſtitiſſe daleris imperialibus qvinqvies mille, Paulus Coldingius ſe Pragæ accepiſſe ex ore ipſius Tychonis teſtàtur.* Idem ibid. pag. 135.

---

*Qvomodo autem hic globus cœleſtis in Daniam reportatus ſit patet ex Inſcriptione hac ſeqventi qvæ ad parietem, ubi ſervatur, affixa eſt.*

Sive hoſpes ſive inqvilinus es
Bene adſis
Hoc æneum cœli ſimulacrum
Qvod vides
Ingenio & impendio
TYCHONIS BRAHE
Ad Aſtronomicas obſervationes
In Inſula Hvenna
Efformatùm eſt
Nihil ad artis perfectionem ætas noſtra illuſtrius contulit
Nomen Uraniburgo dedit
Daniæ famam
Cùm pluſculos Annos cœli motum felici apud nos ſucceſſu monſtraſſet moveri cœpit

&

Et
Exteris ceſſit
Primo Benaticam, mox Pragam inde Nieſſam defertur.
Ita qvas in cœlo vices deſignat, in terra patitur.
Tandem
Capta Nieſſa
Virtute, ductu, & Auſpicio
Æternæ memoriæ
Principis
DIVI ULDARICI
Patriæ
Velut Trophæum ex Peregrino Marte
Vindicatur & reſtituitur
Anno 1632 Calend. Decemb.

---

D. O. M.
Uraniæ Danorum
Nec non
Piis manibus
Reverendiſſ: & Illuſtriſſ: Ducis & Herois
DIVI ULDARICI
Sereniſſ. Regis Daniæ
Domini CHRISTIANI IV Filii
Globum hunc Anno Domini CIↃ DCXXXII Cal. Dec.
Patriæ victorioſe reſtitutus
Sacrum.

## Globus ad Lectorem.

Robuſto qvondam ligno me cura Tychonis
Cœlari fecit, clade ſed Artificis
Tornatoris ego nam ferro obſtante lacertum
Confregi lævum motus ab axe cito:
Inclytus inde TYCHO me fecit ab ære nitente
Cruſtatum URANIÆ nunc ego commodior:

Sed

Sed vertendo ſolum vici vertigine cœlum
  Dum Patriâ ſeptem luſtra per exul eram
Ad Bohemos primum veni, me porro trahebat
  Ortivum verſus vis inimica locum
Qvo curvæ in terras animæ & cœleſtium inanes
  Vivunt heicq; ſimul gens nova Loyolæ
Cauſa ſub eſt veſtris cur me ſervire vetantem
  Uſibus eripuit provida cura Dei
Nam licet incluſum tenuiſtis tempore Neſi
  Me tamen ULRICUS carcere deripuit
Non prece nec precio conando ſed Enſe ſecundo
  Magnanimus Patriæ me modo reſtituit
O Fatale nimis tempus, qvo ſangvine Regum
  Danorum cretum te Libitina tenet
Te dolus occidens famam non perdidit unqvam
  Hanc virtus celſum ſed ſuper aſtra vehit
Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt
  Dum cælum cujus nunc ſimulachra gero

*Qvi Globum hunc olim in Hvena apud Nobiliſſ: Dn. TYCHONEM BRAHE Octennium manu diurna nocturnaq; verſavit* CHRISTIANUS S. *Longomontanus F.*

Fata Inſtrumentorum Tychonis Brahæi fuere hæc. Minora primum, deinde Maiora ex Daniâ in Bohemiam fuerunt tranſlata; Poſtea Pragâ Benaticam, ac Benaticâ rurſus Pragam, inq; hortos Cæſaris; & ex hortis Cæſaris in ædes Jacobi Curtii transducta. Mortuo Tychone, timens Rudolphus II Imperator, ne eorum diſtractio qvæpiam fieret, ideo habere ſibi illa voluit, ipſaq; adeo ab hæredibus duobus & viginti coronatorum millibus coemit. Fuere ea deinde conclusa, ac ita aſſervata intra ædes Curtianas, ut qvibus illorum cuſtodia demandata à Cæſare fuit, qvaſi Theſaurum alta terra caligineq; merſum habuerint nulliusq; uſui permiſerint. Delituere ita Inſtrumenta intra ædes haſce, ad turbas usq; qvæ poſt Matthiam Imperatorem, An. Ch. 1619 mortuum, excitatæ in Bohemiam fuerunt Qvippe occupatâ à Palatinis Pragâ, fuere Inſtrumenta direpta & partim variè labefactata, ac in alios uſus converſa, partim ea ratione diſtracta, ut qvo tandem evaſerint, ſi Globum hunc magnum æneum exceperimus, latè ignoretur: adeo ut niſi Tycho conſcripſiſſet Mechanicen, tanti apparatus Idea periiſſet. Hic a. Globus primum tranſlatus fuit Nieſſam, qvæ Epiſcopalis Sileſiæ eſt urbs, collegioq; Religioſorum Societatis Jeſu donatus, inq; eo ſervatus, ac deinde cum Uldricus Chriſtiani IV Daniæ Regis filius An. Ch. 1632 per illa Germaniæ bella Nieſſam cepiſſet, Globumq; agnoviſſet, ipſum inde educi evehiq; in Daniam voluerit. Fuit a. in Regia Haffnienſi Academia non ſine pompa collocatus, ubi hodie adhuc extat. Vide Gaſſend. de Vit. Tycho lib. 6. pag. 216. 217.

Figura hujus Globi orichalcici heic adjungitur cujus fabricæ & uſus explicatio à Tychone facta legitur in ejus Mechanicis hiſce verbis:

*Globum Maximum, ſummâ diligentiâ, nec minori ſumptu (uti & in cæteris*

omnibus) confieri curavimus: qvi interius ligneâ conſtat materiâ, affabre è multis Armillis & fruſtulis intertextis, iisdemq; hinc inde à Centro ſumptis, compoſitâ, & poſtea in Globoſam formam tornatâ. Qvod opus, qvoad ligneam formam, Auguſtæ Vindelicorum anno 1570 anteqvam inde in Patriam diſcederem, idoneum iſthic Artificem, alias fruſtra, diu qvæſitum nactus parari curavi. Cumq; ob vaſtitatem, qvæ vectioni difficultatem ingerebat, Auguſtæ in qvintum annum, qvo iſthuc redii, hæſiſſet, Anno nimirum 1575, qvando Ratisbonam tempore coronationis Auguſtiſſimi Imperatoris Rudolphi II ex Italiâ rediens, ac Auguſtam tranſiens, accedebam, Globum illum qvidem jam diu paratum iſthic reperi, at rotunditate ſuâ undiqvaq; non ſatis abſolutum, & inſuper rimis qvibusdam, hinc inde infectum. Curavi nihilominus eum anno ſeqventi in Daniam non ſine difficultate mihi advehi: Ubi reſarcitis ejus rimis, & Globoſitate exqviſitâ, aliqvot centenis inductis membranis reparatâ, atq; per biennium periculo facto, an aliqvid inde qvâqvâ verſum remittere vellet, ut binarum æſtatum atq; hiemum mutationes ſuſtineret. Tandem cum eum rotundiſſimam Globi formam undiqvaq; conſtanter retinere deprehendiſſem, laminulis Orichalcicis juſtæ craſſitiei eum totaliter ſuperinduci tutò curavi: idq; tanto Studio & ſubtilitate, ut ex ſolido Orichalco Globum conſtare diceres, vix apparentibus laminarum juncturis: qvem etiam mox in exactam Globi formam levigari feci: tandemq; Zodiaco & Æqvatore cum ſuis Polis illi inſignitis ſingulos eorum Gradus in ſingula 60 Minuta per puncta & tranſverſalia (uti ſoliti ſumus) ſubtiliter diſtribuimus relicto tamen adhuc annuo ſpatio ante diſtributionem ut periculum fieri poſſet, an poſt Orichalci inductionem, rotunditatem ſuam tam hyeme qvam æſtate omnimodò conſervaret. Qvod cum ſatis experimentatum foret non ſaltem circulos, de qvibus dixi, illi adaptavi: ſed & octavæ Sphæræ ſydera, qvotqvot interea cœlitus obtinere licuit, diligentiſſimè obſervata convenientibus locis annotavi: qvæ ſucceſſivis annis magis magisq; numero aucta, tandem millenarium complêrunt, ita ut omnes Stellas, qvotqvot viſui vel parumper patent, iſti adaptâvim. relatis earum locis conſulto ad annum 1600, completum brevi inſtantem, ſicq; præterlapſi ſunt anni circiter 25, à primâ Globi hujus confectione, donec is diviſionibus & ſtellis ſuis abſolveretur. Qvæ mora etſi tædioſa videri poſſit tamen non parum habuit utilitatis, ut omnia conſtantius, plenius & perfectius præſtarentur. Et, ſat citò, ſi ſat bene. Intereà nihilominus ejus exteriores adaptatæ ſunt Armillæ, ut pote Meridianus qvem repræſentant Literæ E. F. G. H & deinceps Horizon intra qvos ipſe Globus compræhenditur & in Axe ſuo circa Polos I V revolvitur. Hic autem Meridianus è ſolido conſtat chalybe, habetq; Diviſiones ſingulorum minutorum omnium Graduum: & Horizon I M. N. Spitami latitudinem habens Orichalco etiam ſuperinductus eſt, & in ſuos gradus atq; Minuta Azimuthaliter diviſus. Deſcendit verò à Zenith ad Horizontem qvadrans verticalium Circulorum Orichalcicus apud B incipiens & in Horizontem deſinens, atq; in 90 Gradus cum ſuis ſingulis minutis ſubdiviſus: qvi tam Altitudinibus in ſemet ipſo, qvàm Azimuthis in Horizonte numerandis inſervit. Ipſe autem Horizon cum ſuo Meridiano adeoq; toto intercepto Globo, pede ſtabili firmoq; per O P Q. R. S T V X. repræſentato innititur, in qvo duo ſunt ferramenta Q R decuſſatim ſeſe tranſeuntia, qvæ ab unâ parte vides; & duo ſimilia ab alterâ ſuſtentaculi & firmitudinis

causâ

*cauſâ, ne Horizon aut tota Machina qvidpiam vacillet ob magnitudinem atq; pondus. Eſt verò totum hoc fulcrum circiter 5 pedes altum; in cujus inferiori parte varii artifices Mathematum ornatus gratiâ inſigniter depicti cernuntur unà cum aliis qvibusdam pulchritudinem addentibus Habet autem ipſe Globus in ſua Diametro 6 proximè pedes. Hinc Meridianus & Horizon, cæteraq; æſtimari poſſunt. Qvantam Globi machinam tam ſolidè & ſubtiliter elaboratam, & undiqvaq; rite conſtantem a nemine hactenus in quavis orbis terrarum parte (abſit invidia dicto) conſtructam & abſolutam eſſe arbitror opus ingens & magnificum: qvod ut multi e variis regionibus unà cum cœteris meis organis conſpicerent, in Daniam profecti ſunt; Dum Regnum Uraniæ incolume atq; Arx inclyta ſtabant. Addam & hoc, quod magnifica hæc Machina ſuperius tegumen habet, per Y. Z. indicatum, interius concavum, atq; rotundum, qvod ſuperius Globi hemiſphærium comprehendat, atq; in eo per funiculum in cochleâ trabi affixâ ubi lubuerit, demiſſum ipſum Globum à pulvere, aliisq; inqvinamentis protegat.*

*Uſus hujus Globi eſt, qvalis & aliorum cœleſtium: Qvam peculiari libro per otium deſcribere animus eſt. Neq; enim paucis abſolvi poteſt. Habet autem præ cœteris hoc ob ſuam, magnitudinem prærogativæ qvod omnia in eo exactiſſimè, adeoq; in ipſo minuto exeqvi liceat ſicq; ſingula qvæ primi mobilis Doctrinam concernunt, & cœleſtium corporum obſervationes reſpectu Eccliptica & Æqvatoris, aliorumve qvorumvis in Sphæra circulorum minimo negotio, & absq; laborioſa ſupputatione hic Mæchanicè perficiuntur. Hæc ille.*

Præter hunc Globum heic qvoq; videre eſt Automatum opere Dædalæo fabrefactum, qvod motus tam fixarum qvam erraticarum Stellarum ſcitè æmulatur & repræſentat à Chriſtiano IV Anno 1606. Rectore D Thoma Finckio Academæ Haffnienſi donatum, *Conr. Aſlac. Chronol* qvod Anno 1550 Rectore Nicolao Hemmingio Chriſtianus III Rex Daniæ & Duci Muſcoviæ dono miſit; ſed ipſe ejusdem uſum & tractationem ignorans Regi id remiſit. *Idem ibidem.*

X.
Domus
Anato-
micæ.

## X.
# DOMUS ANATOMICÆ
*ab Excellentiſſ. Viro Thoma Bartholino deſcriptæ ac Haffniæ 1662 editæ.*

Hic aut oſſa vides aut corpora ſecta VIATOR
Hic ARS NATURÆ ſolvit & unit opus

*Hæc Inſcriptio facta eſt à Doct. Mich. Kirſtenio hodiè Medico Hamburgenſi cujus familiaritate Patavii An. 1653 uſus ſum.*

*O Stirps ô Serpens ô Poma ô flebile factum*
*Tanti vera vides hic ſimulacra mali*
*Hoc Adas hoc Eva fuit cum poma voraret:*
*Aut mox ſi nondum tum fuit illud erat.*
1645.

## *Homo bulla*

Hippocrates præclara ſui Monumenta laboris
Oſſa tibi Delphis ærea Phœbe ſacrat.
Hafniades Muſæ vobis dicat oſſea PAULLI
Oſſa, illi ſuus eſt, huic ſuus extet honos
Quid formam, Narciſſe tui, venaris in unda?
O miſer! hic melius conſpicienda fuit.

Hoc

Hoc Speculum veras, non vanas, objicit umbras
Hoc omni melius te tibi ſiſtit homo.

1640.

Michael Kirſtenius Morau.

*Homo umbra*

*Prima recens ſtructum mulier diſſecta theatrum*
*Imbuit; hac artu gloria prima fuit*
*Dumq; loco donat famam, capit ipſa viciſſim,*
*Prima fuit; primum munus & oſſa dedit.*
*Vertice ſic calvo, ſic nudis dentibus albet,*
*Hoc gerit oblongos oſſea larva pedes.*
*Sic venter ſic pectus hiat qvam ſcitus Apelles*
*Mors eſt! qvam verè, qvid ſit, adumbrat homo.*

1645.

Hoc ſceleton gallina fuit, ſed prædita monſtro
Monſtroſam fecit grande voraxq; jecur.

*Epar pependit uncias XI. cum dimidia.*

*Hoc Cygni eſt ſceleton, rectè Phœbeius ales*
*Haut ſacrâ Phœbi debet abeſſe domo.*

Cum nullos metuant hoſtes hæc limina Phœbi,
Oſſeus excubiis ſufficit iſte Vigil.

*Hic huic gallinæ Gallus bene jungitur: illa*
*Epar monſtroſum geſſit, & iſte caput.*

Ora licet cauda me ſors privaverit Hoſpes.
Dic tamen: Hic qvondam Cercopithecus erat:

*Oſſibus humanis ſimilem ſe SIMIA præſtat*
*Ut credas ; hic en SIMIA VERA tibi eſt.*

Qvem cernis, non jam ſpinis exhorret Echinus
Non ſe conglomerat, non petit antra fugax.

*Omnia mors æqvat, non MARTES improba gallam*
*Jam petit ; haut Martem mortuus ille timet.*

Supra Theatrum Anatomicum viſitur novum Palatium An. Chr. 1657 ædificatum, ſumptibus partim Eccleſiarum, qvarum Jura Patronatus apud Academiam ſunt, inprimis Grevinganæ Medici ſecundi, partim Hæredum b. m. Doct. Thomæ Finckii, qvi 1000 Thaleros Imperiales huic ædificio boni publici ergò donarunt, deſtinatum Rebus naturalibus rarioribus recondendis qvas Academiæ Haffnienſi legavit Doct. Henricus Fuirenius, earumq; catalogus publici Juris factus eſt primò à Thoma Bartholino An. 1662 in Dom. Anatom. pag. 41 ad pag 47 eſt poſtea a Thoma Fuirenio An. 1663. Hujus Theatri inſcriptio eſt hæc.

MUSÆUM NATURÆ
LIBERALI SUMPTU
DIVINI SENIS
D. THOMÆ FINCKII
PROFESSORIS PER ANNOS LVI
OPTIME MERITI
IN QVEM NATURA OMNIA SUA MUNERA
CONTULIT
PUBLICO BONO EXSTRUCTUM
UT CUM NATURÆ PERENNITATE
FAMA EJUS ESSET SEMPER
SUPERSTES
A. C. CIƆIƆCLVII.

ÆDIS

# XI.
# ÆDIS EPISCOPALIS

XI. Ædis Epiſcopalis.

à Johanne Rege Daniæ Anno 1512 Auditoriis Academicis deſtinatæ & ædificatæ qvam per multos jam Annos Epiſcopi Sielandiæ inhabitarunt ſummusq; Danorum Præſul Johannes Johan. Svaningius S. R. M. Friderici III Daniæ & Norvegiæ Regis Conſiliarius, in Collegio Status Aſſeſſor, & Collegij Conſiſtorialis Præſes hodiè inhabitat.

Anno. milleno, qvingenteno. duodeno.
Conditur, hec. edes, doctis, apptiſſima, ſedes.
Antiſtes. moritur. Roſcildenſis. ſepelitur.
Illic. morte. comes. Jacobo, cum, Fratre. Johannes
Elegitur Lago, Preſul. pietatis. imago,
Huic. -- cum, ſuccedit. clerus. obedit.

} 1. linea.

Scla-

linea. 2.

Sclavi. cum. Danis. componunt. fe-
dera. pacis
Dacia. letatur. pax. qvia. tuta datur.
Hec. &. plura. lege. ſub. Principe. fa-
cta. Johanne
Qvid. referam. pluris. Princeps. eſt.
jam - - -
Spes - - - - ille. patris. eſt. dominusq;
maris.

Huic antiqvæ Inſcriptioni duabus lineis conſtanti adjunctum eſt ſeqvens inſigne:



Hoc

*Hoc a. Nobilis cujusdam Dani fuiſſe Inſigne colligitur non ſolum ex habitu Viri huic additi, verum etiam ex Inſignibus Nobilium Danorum antiquis, in Templo B. Virginis prope organon depictis, inter qvæ unum huic ſimile videtur, continens binas aves candidas tribus coloris viridis trabibus inſidentes in ſolo cœruleo: Cor verò hiſce avibus adjectum ibi ſolummodo deeſt.*

# GRANAT PAA 300 PUND EPISCOPO D. JOHANNE SVANINGIO ANNO 1658 DIE 28 OCTOB.

Epiſcopi Selandiæ (qvibus ex Regia fundatione Profeſſio Theologica eſt adjuncta) a tempore Reformationis fuêre ſeqventes

1. D. Pet. Palladius Ripenſis 1535 obiit 1560.
2. D. Joh. Albertius obiit 1569.
3. D. Paulus Matthiæ Coagienſis obiit 1590.
4. D. Petrus Jani Winſtrupius Haffnienſis obiit 1614.
5. D. Joh. Pauli Reſenius Cimber obiit 1638.
6. D. Caſpar. Er. Brochman. Coagienſis obiit 1653.
7. D. Johannes Johannis Reſenius obiit 1653. 3 April.
8. D. Laur. Martini Scavenius Cimber obiit 1655.
9. D. Johannes Joh. Svaningius Hotterſnenſis.

XII. Communitatis Regiæ.

# XII.

# COMMUNITATIS REGIÆ

à Friderico II piiſſimæ Memoriæ Rege Daniæ &c pro centum Studioſis pauperibus An. 1569 die 25 Jul. fundatæ cujus Oeconomi fuêre

1. Martinus. N. 1569.
2. M. Nicolaus Scavenius Profeſſor 1573.
3. Petrus N. 1577.
4. Matthias Michaelis 1585.
5. D. Andr. Lemvicus Profeſſor 1590.
6. D. Andr. Chriſtiani Profeſſor 1595.
7. D. Tho. Finchius Profeſſor 1602.
8. Joh. Mulenius 1654 hodie ſimul in Collegio Ærarii Aſſeſſor.

D. O. M. A.
ANNO CHRISTI M. DC. XLIII
ÆDES HÆ COMMUNITATIS REGIÆ
A FRIDERIC II DANIÆ ET NORVEGIÆ REGE
M. D. LXIX FUNDATÆ
A CALAMIT. INCENDII M. DCXLI
DE NOVO EXCITATÆ SUNT.

DO-

XIII. Domus Regentianæ.

# XIII.
# DOMUS REGENTIANÆ

Soli potenter cœlo
Terraq́; pollenti
Ac invicto Deo
Statori juxta atq́;
Unico Soſpitatori dato
Jeſu Chriſto Dno
Noſtro
CHRISTIANUS IV Daniæ
Atq; Septentrionis Rex
Potentiſſimus
Hoc pietatis Collegium
Bono vitæ Religionis
Per Regna hæc Septentrionalia
Felicius fructuoſiusq́;
propagandæ
Dicavit ſacravitq́;
Anno ab exhibito in Carne Chriſto
M. DC. XXIII.

**XIV. Domus Walchendorphianæ.**

# XIV.
## DOMUS WALCHENDORPHIANÆ

In vico D. Petri ſitæ, olim Collegii novi Carmelitarum Anno 1519 Regnante Chriſtiano 2, Rectore Academiæ D. Alexandro Medico incepti teſteConr. AſlacoTab. Chronol. in qvo Anno 1519 foria 2 infra octavas Aſcenſionis publicas prælectiones Theologicas inchoaverunt Paulus Eliæ, cognomento Wende knabe/ Theologiæ Baccalaureus, Andreas Kung/ Nicolaus Monbo/ Laurentius Svenonis, Magnus Pauli, & Franciſcus Wormordus Amſtelrodamenſis, poſtea primus Scaniæ Epiſcopus Lutheranus. *Vide Luther. Triumphant. Joh. Paul. Reſenii pag*, 93 *confer ibid. pag*. 108. 148 48 49. 89 165. 97. 1. 2. 119. 165. 108. 135. 126. 138. 148. 152. 155. *Ar. Hvitfeld.* Chron. *Epiſcop. Danic. in fol. pag*. 96. *Conr. Aſlac. Orat Theolog. pag*, 20. *Joan. Baazii Hiſtor. Eccleſiaſt. Svecic. lib*. 2. *cap*. 4. 5. 7. 11. 12. 13. 14. 20.

D. O. M. I.

ALMÆ, HAFN. ACADEMIÆ DOMUM HANC XVI ADOLESCENTUM HABITATIONIBUS DISTINCTAM CUM AREA FONTE MUSEO PUB. BIBLIOTHECA ET HORTO ADDITIS NECESSARIIS REDITIBUS PERPETUUM CRESCENTIBUS

L. M. D. D.

CHRISTIANUS WALKENDORP de Glorup &c.

ANNO. J. CHRISTI

CIↃ IↃ XCV.

SCHO-

## XV.

## SCHOLÆ TRIVIALIS HAFFNIENSIS dictæ B. Virginis qvæ, ut hodie eſt, eſt ædificata An. 1591.

XV. Scholæ Trivialis.

Rege Daniæ & Norvegiæ &c. Chriſtiano IV, Aulæ Regiæ Magiſtro Chriſtophoro Walkendorphio, Epiſcopo Selandiæ meo p. m. avo Doct. Petro Jani Winſtrupio, Conſule Olaö Martini, Architectore Georgio Skult/ ſumptibus Chriſtophori Pasberig, Erici Munck/ Axelii Gyldenſtiern/ Benedicti Gregorii Vicarii Roſchildē. Petri Coldingii, Engelberti Henrici, Claudii Jacobi Studioſi, Johannis Scribæ, Hæredum Dni. Johannis Skoning/ Andreæ Franciſci Civis Coagienſis, Johannis Wormii (qvi ſimul 2859 Taler 1½ Marc. 6 Solid obtulerunt) & aliorum *qvod patet ex Rationibus Schol. hujus Trivialis qvæ in Univerſitate cuſtodiuntur.*

Scholæ Trivialis Rectores (qvi ex Regia fundatione ſunt Profeſſores Muſicæ) fuère ſeqventes.

1. M. Jonas Andreæ An. 1546.
2. M. Andreas Petri Coagienſis poſtea Profeſſor in Academ. Hafn. 1562.
3. M. Laurentius Wilhadi Hatterſlebienſis obiit Anno 1576.
4. M. Nicolaus Kragius, poſtea Profeſſor in Acad. Hafn.
5. M. Ivarus Stubæus poſtea Profeſſor in Acad. Hafn. 1589.
6. M. Laurentius Nicolai Scavenius poſtea Profeſſor in Acad. Hafni. 1595.
7. M. Franciſcus Jonæ.

8. M. Joh. Kraſtius Concionator Germanicus S. Petri & Schol: Rector.

9. M. Franciſc. Georgii, poſtea Lector Theol: Roeſchild.

10. M. Olaus Vindius poſtea Paſtor Eccl: S. Hoſpit. Hafn. 1625.

11. M. Andr. Petri Hegelund. ex Rectore Scholæ Slagloſianæ poſtea Paſtor Eccl: Stegenſis in Inſula Mona 1638.

12. M. Severi. Petr. Calundanus ex Conrectore & Rectore Schol. Hafn. Profeſſor in Acad. Haf. 1646.

13. M. Georgius Hilarius ex Conrectore & Rectore Sch. Hafn. Profeſſor in Acad. Hafn. 1662.

---

Cum Effigibus Joh: Pauli Reſenii & Caſpar Brochmanni.

MEMORIÆ
&
Immortalibus in hanc Scholam
meritis
VENERABILIS IN CHR. PATRIS
JOH. PAULI RESENII
S. S. THEOLOG. Doctoris ejusdemq; in
Academia Hafnienſi Profeſſ. Senioris
Itidem &
DECANI
SELANDIÆ EPISCOPI
&
CANONICI ROSCHILDENSIS
Ob
Liberaliſſimum cIↃcIↃ uncialium nummum,
In pauperes Scholæ hujus alumnos legatum
Et procuratam pro Scholæ conſervatione
Monetæ vulgar: duum itidem millium octoginta Thaler.
Ex communi pauperum fiſco
In ſingulos annos eleemoſynam
Nec non
Propenſiſſimum in Muſicam Inſtrumentalem pariter ac
Vo-

Vocalem Studium & liberale in ejusdem cultores
Stipendium Annuum
Hoc Monumentum ſuis impenſis poni voluit qvi tanti
Viri Beneficentia, cura & pro Scholæ conſervatione
ſollicitudine in difficillima ejusdem admini-
ſtratione plurimum ſe adjutum
gratus profitetur
GEORG. HILARIUS
SCHOLÆ RECTOR.

---

*IMMORTALITATI*
*&*
*ÆTERNÆ MEMORIÆ.*
*DN. CASP. ERASM. BROCHMAND*
*S. S. Theologiæ Doctoris Profeſſoris*
*Senioris & DECANI*
*Selandiæ Epiſcopi Scholarum dioeceſios ſuæ interq;*
*has præcipue hujus Metropolitanæ*
*PATRONI EVERGETÆ NUTRITII*
*&*
*CONSERVATORIS*
*Omnium ante ſe laudatiſſimorum Epiſcoporum*
*Munificentiam & liberalitatem ſupergreſſi*
*ob*
*Largiſſimas ſine exemplo eleemoſynas annuas incredibilem pro Schola conſervanda ſollicitudinem, ſummumq; humanitatis atq; Benevolentiæ in Ludi hujus docentes diſcentesq́ Studium qvo privatim publiceq; vivus mortuusq; inclaruit*
*Hoc monumentum ſuis ſumptibus poſuit*
*GEORGIUS HILARIUS*
*SCHOLÆ RECTOR.*

---

D. O.

D. O. M. S.
RESIDENTIA
RECTORIS ET COLLEGARUM
SCOLÆ B. VIRGINIS
TRIUM TEMPLORUM SUMPTIBUS
ET SCH. EXSTRUCTA
ANNO 1634.

## XVI.

XVI. Byrſæ.

## BYRSÆ.

Sac. Populi
Qvod Regno Reiqve publicæ bono felix ac fortunatum velit
Qvi
Ob jugem Filii Ieſu Chriſti interceſſionem res tribuit fauſtas
Qviqve
Mercimoniis omniq; bonæ rei augendæ præeſt
Ter opt. Ter max. Deus Pater Filius & Spiritus Sanctus
BYRSAM QVAM VIDES DANICAM
CHRISTIANUS IV.
Danorum, Norrigorum, Slavorum, Gothorumq; Rex potentiſſimus.
Pater Patriæ Optimus boni Publici Curator feliciſſimus
Laudabili Regum Magnorum Exemplo & ſerio Studio augendi
Regna ſua
VIRIS CENSU EMPORIIS

Non

Non furtivis Mercurij & Lavernæ artibus
Sed qvod Princeps & primum eſt divinæ gloriæ
Et qvod proximum Emptorum venditorumq; fructuoſis uſibus
Sacratam dicatamq; voluit.
Anno a nato Chriſto 1640.

## XVII.
## CURIÆ HAFFNIENSIS.

XVII. Curiæ Haffnienſis.

Auſonio damnatus eras qvi judice culpa
Omnigena abſolvis me pie Chriſte reum.

*Sufficit actori qverulo altera ſi patet auris*
*Servetur pavido Judicis una reo.*

Huc qvos larga patris bonitas dignata ſalute
Æternis miſeri vos reſidete rogis.

*Ingenium poſcit Salomon liteſq; reſolvit*
*Fœmineas populus pectora docta timet.*

Inſons damnatur Daniel ſed liberat illam
Et cadit in molles pœna cruenta ſenes.

*Nil ſtatuat Judex etiamſi litiget actor*
*Sit niſi delati cognita cauſa rei.*

Publica res floret fuerint ſi tradita dextræ
Sceptra meæ, leges aurea paxq; viget.

*Conſtituunt hæc ſigna fidem reverentia honoris*
*Qvam fovet alit amor parturitq; veritas.*

Joh: Cap: 8.

Tum juſtus Judex fueris & criminis ultor
Cum ſceleris non ſis conſcius ipſe tibi.

*Eſai cap*: 10.

*Væ Judicibus iniqvam ferentibus ſententiam & Scribis injuſta ſcribentibus ut opprimant Judicio pauperes.*

Phocylides

Omnibus juſta tribue nec Juſticiam ad gratiam trahe ſi tu male judicaveris te Deus poſtea judicabit.

*Ariſtotel.*

*Amor odium & proprium commodum ſæpe faciunt Judicem non cognoſcere verum.*

Concordia parvæ res creſcunt
Diſcordia maximæ dilabuntur.

**Lad ingen wild fra retten gaa**
**Lad ſkenck dig ey beſvige**

Som Sagen er Døm hver Mand ſaa
Den Fattig med den Rige.

Amalech Jſrael den durchzug wolte verſagen
Als denn ſich Joſua umb den paß muſte ſchlagen
Es war ein heiſſer ſatz. Ein Zweiffelhaffter Krieg
Durch Moſis ſtreng Gebet erlanget Jſrael Sieg.

Anno 1659 den 11 Februarii war der Storm hier vor Kopenhagen / da war ich Andreas Frechen von Breslau Muer-Meiſter hier in Kopenhagen / Elterman für die Brand Meiſter und Brand Geſellen allzuſamen dieſe Brandzangen brauchten wir vor die feuer Kuglen Anno 1662.

XVIII. Scholæ Holmenſis.

# XVIII.

# SCHOLÆ HOLMENSIS.

Conſenſu
Clementiſſimi Regis Hæreditarii
**FRIDERICI TERTII**
Scholam hanc deſtinatam uſui Juventutis
Holmianæ informandæ
Juſto ſibi vendicabat pretio Eccleſia
Holmiana tempore
**GABRIELIS JACOBI**
Cujus ſumptu τοῦτο τὸ γνῶναι
Exſtructum & expictum eſt
1663.

DO-

## XIX.

XIX. Domus Pauperum.

# DOMUS PAUPERUM

in vico Pile Stræde dicto ſitæ.

D. O. M. P.

Sacra Domus qvam Ser: CHRISTIANUS IV Rex Daniæ conſecravit pro recta curatione Pauperum Hafnienſium: Inchoata à Calendis Maij Anno J. Ch. CIↃDCXXX.

REGNA FIRMAT PIETAS.

## XX.

XX. Ædium Privatarum.

# ÆDIUM PRIVATARUM.

In Hortu Urbano Chriſtophori Johannæi Conſulis Haffnienſis emeriti, Ubi olim Coemiterium S. Clementis. (*)

DIVO ASCERIO
JOVIS OLIM NUNC CERERIS CUSTODI
QVI
IN SPEM CORPORIS REVIVISCENTIS
LÆTE INTER PLANTAS FLORENS
TUMULO SUO ET SAXO PERRENNIOR
DEBET
ORDINI SACRO VENERATIONEM
PERPETUÆ CRUCIS CANDIDATUS
QVAM SERVAT SAXUM
NE PLURES EXCRUCIES
H. M. L. P.
THOMAS BARTHOLINUS.
CIƆ IƆ XLIX.

(* Hujus Cœmiterii Fundator fuit Aſcerus Uddebroddi filius In libro enim Rationum & redituum Templi S. Clementis, qvi in archivis Templi D. Spiritus cuſtoditur, hæc ſtatim ab initio leguntur.

Aſcer Uddebroddeſøn oc hans Hußfru Abil gaffve Sanct Clement then Jord ſom nw er St. Clements Kirckegaard oc lote bygge then Weſter deel aff Kircken.

---

In Ædibus
# SIMONIS PAULLI D.
REGIS Daniæ ac Norvagiæ Archiatri
ſeqventia obſervatu digna
occurrunt.

I.

In Janua Porticûs ad dextrum latus ædium, picta Rupes exhibetur decumanis fluctibus expoſita mutuatâ è Marone hâc inſcriptione:
RUPES IMMOTA RESISTIT.

In

2.

In Janua Porticûs ad ſiniſtrum latus ædium,
Cernere eſt editæ turris cacumen fulmine tactum
corruere, addita è Lyrico explicatione:
CELSÆ GRAVIORE CASU
DECIDUNT TURRES, FERIUNTQ; SUMMOS
FULMINA MONTES.

3.

In Valvis ipſarum ædium,
Hercules vaſtæ molis cœlo ſuccollans
ſpectatur, hac ex Tragico ambiente ἐπιγραφὴ:
POSSE COELUM VIRIBUS VINCI SUIS DIDICIT
*FERENDO.*

4.

In averſa parte earundem Germanico
Idiomate:
DEVOLVE SUPER DOMINUM VIAM
TUAM: ET SPERA SUPER EO, ET
IPSE FACIET. Ψ. 37.

5.

In ſupercilio oſtii ædium hæc leguntur:
DOMUS AMICA
DOMUS OPTIMA.
*DEO & VIRTUTI* * *CASUI & FORTUNÆ*
OMNIA. NIHIL.

6.

Parieti impactus Globus ferreus qvô
In obſidione concubia nocte percutiebatur,
Hac Inſcriptione:
FERREI MUROS, AUREI ANIMOS.
Hac Subſcriptione:
E CASTRIS SVECICIS A. 1658. 31. AUG.

In

7.

In Tabulis feneſtrarum ligneis verſatilibus ad plateam, hæc leguntur.

I.

O HOMO ÆTERNITATEM RESPICE.
VINDEX DEI OCULUS.

II.

CORPORIS INFIRMITATEM ARS SANAT.
ANIMI VERO MORBO SOLA MEDETUR MORS.
VITA BREVIS * OCCASIO PRÆCEPS.

III.

NULLUS NOSTRUM SIBI SOLI NATUS.
NON SUNT DIVITIÆ UNDIQVAQ; LUCRARI.

IV.

INSPERATA ACCIDUNT MAGIS SÆPE QVAM QVÆ SPERES.
DICI BEATUS
ANTE OBITUM NEMO SUPREMAQ; FUNERA DEBET.

8.

In Areâ, Tabula picta
Scilurum πολύτεκνον, filios ad concordiam adhortantem exhibet, cum faſce haſtilium,
Hac ſubſcriptione:
UNITA DURANT.
NIL CARITATE MUTUA FRATRUM, NIHIL JUCUNDIUS CONCORDIA.

9.

In Janua Areæ minoris, Apollinis pharetrati pictura cernitur cum inſcriptione:
NON SEMPER ARCUM TENDIT.

10.

Sub ingreſſu cænaculi ad ſiniſtram hæc leguntur:
NIHIL EST AB OMNI PARTE BEATUM.

11 In

10.

Supra Speculum ad ejus parietem penſile:

NOSCE TE IPSUM.

11.

In Horologii frontiſpicio

VIVE MEMOR LETHI.

12.

In lateribus illius Thecæ.

RUIT HORA

UMBRA SUMUS.

&

MODERATA DURANT

FESTINA LENTE.

13.

Sub ejusdem cœnaculi laqveari, calcariò opere, Æneas bajulans patrem flagrante Troja, cernitur,

Hac Inſcriptione:

PIETAS ERGA PARENTEM.

14.

Supra Caminum Muſei:

IGNEM GLADIO NE FODITO.

15.

In ejusdem Muſei pariete:

NE TE QVÆSIVERIS EXTRA.

MUSA BEAT COELO.

MUSA VOLARE FACIT ASTRA SUPER.

16.

In Bibliothecam:

*Stantqve caduntqve ſimul cum collectore libelli,*
*Et fatum auctoris Bibliotheca ſubit.*

17.

In menſa Tablini, liber pictus lauru redimitus, cui ſuper impoſitus ſclopus manualis cum Inſcriptione:

LITERIS ET ARMIS GLORIA ACQVIRITUR.

18.

Januæ Muſei filiorum hæc Inſcripta:

Ποιεῖν δεῖ οἷς γονὺ χλωρόν.

NON SEMPER ÆSTAS ERIT VENIET HYEMS.

19.

In pedamento brachiato patulæ Tiliæ.

HOMINES, QUOTIDIE CADUNT, UT ARBORUM FOLIA.

*

*SED OLIM*:

UT SEMINA SICCA VIRESCENT.

20.

In biforis culinæ Januis:

CULINA OPIMA MORBORUM PROMA CONDA.
CENSUM NE SUPERANTO SUMPTUS.

In averſo latere duo Lycurgi canes, *Ollarius* & *Venaticus* picti ſunt.

21.

Supra Fœnile emblema in invidum cum hac Subſcriptione.

CAVETO NE SIS INCUBANS FOENO CANIS.

22.

In Janua Eqvilis ſupra caput picti eqvi & illius Magiſtri virgam manu tenentis:

HIC NON MORDAX AUT CALCITRO SED POPYSMATE ET UMBRA VIRGÆ REGITUR.

ad pag. 303.


IPSO ERO IN
ANGUSTIA ERUAM
EUM ET HONORE
AFFICIAM EUM.
POST
AMAGRIAM VINDICATAM
DIE 10 OCTOB. Aº. 1658.
HAFNIAM LIBERATAM AB HOSTILI
OBSIDIONE DIE 30 OCTOB. EIUSD. ANNI
ASSULTU DIE 11 FEBR. 1659.
FIONIAM RECUPERATAM
DIE 14 NOV: EIUSDEM ANNI
PACEM SUBIECTIS REDDITAM
DIE 27. MAY. 1660.
FRIDERICO TERTIO
DANIÆ ET NORV. REGI DOMUIQ. REGIÆ
QUOD HÆREDITARIO et ABSOLUTO MONARCHÆ
DEBETUR PRÆSTITUM est HOMAGIUM
HAFNIÆ 10. OCTOB. A. EIUSDEM
ELAPSIS A PRIORI HOMAGIO AN
NIS 12. MENSIB. 3. DIEB. 13
IN PERPETUAM REI
MEMORIAM

23.

In Gallinario:

Qvod protervam fœminam, protenſa manu ſtruthiocameli ipſi ad dextram adſtantis, ovum prægrande, jactanter oſtentantem, repræſentat; ad ſiniſtram contra, miſellus ruricola ei videtur parvula Gallinarum ova commendare, hac explicatione:

**Eine Henne legt alle Tage/**
**Ein Strauß im Jahre nur eins.**

In peculiari pictâ in eo Tabellâ:

**LUCRUM EXIGUUM ET FREQVENS, MAGNO ET RARO PERENNIUS.**

24.

In Janua Locum claudente, qvò Saturi ire ſolent:

ΚΑΚΑ EX ANIMO;
ΚΟΠΡΙΑ EX CORPORE.

---

Ante ædes Henrici Fuirenii Medicinæ Doctoris experientiſſimi
Bini erecti ſunt Lapides Saxei qvorum unus ſeqventem exhibet inſcriptionem:

REPLETA EST MALIS ANIMA MEA
ET VITA MEA INFERNO APPROPINQVAT.
Pſal 87. 1560.

Huic ſubjuncta eſt figura repræſentans triſtem ac decrepitum ſenem, manu ſiniſtra ſiniſtram genam fulcientem dexteram verò manum cranio imponentem, clepſydra ante plantam pedis ſiniſtri collocatâ, cum hac ſubſcriptione:

INVENI PORTUM SPES ET FORTUNA VALETE
NIL MIHI VOBISCUM EST LUDITE NUNC ALIOS.

Alteri autem Lapidi hæc ſunt inciſa: (RENTIS

PRODIGUS IMPERIUM NON VOLT TOLERARE PA-
FILIUS ET FRENOS EXCUTIT ILLE GRAVES.

1560.

Inſerta eſt heic figura, in qva Patet ſenex ſcamno conſidens digito monſtrat crumenam, qvam manu tenet filius, menſæ erectus aſſiſtens, cum hac admonitione: (HOSPES

NATE MEMOR NOSTRI QVOCUNQ; ADVENERIS
FAC STUDEAS SEMPER MORIBUS ESSE BONIS.

---

Supra Caminum
In ædibus Viti Beringii.
Regii Hiſtoriographi & Aſſeſſoris
in Collegio Ærarii

Depictum eſt Emblema continens Mundi Machinam duobus ſuis polis incumbentem, ab una parte ſtrui lignorum igne ingenti ac enſæ, ab altera verò parte vaſi declinanti è qvo magna aqvæ copia effunditur, cum hac inſcriptione:

HIS POLIS.

---

In vico nomen Hęybro-Stræde adepto.

GRATÆ POSTERITATI

Harum ædium faſtigium magnificè & qvadrato lapide elaboratum, non ad oſtentationem ſed ornamentum Urbis ſuis impenſis in ipſo Belli Svecici fervore erigi curavit Johannes Holſtenius 1612.

NON CARPE MEA SED STRUE MELIORA.

Alia ibidem.

PROPITIA TRINITAS MEA HÆREDITAS.

Benedic Domine domum iſtam & omnes
habitantes in ea. 1642.

---

In Platea Wimel-Skafft dictâ.

Contentus paucis vivus ſudore parata
Linqvo aliis, moriens cœlica Regna peto.

1591.

In platea nomine Skinddergade appellatâ.

Ni Deus ædificet fruſtra domus illa paratur
Qvam volet humanus conſtituiſſe Labor.

1549.

In ædibus Jani Birchērodii
Profeſſ. Regii Hafnienſ.

DEO
VIVERE ET MORI
MEMENTO.

In ædibus olim Nicolai Engelberti Secretarii Regii, nunc verò
Chriſtiani Fabricii Juris & Medici. Doctoris.

CONTIGVAS PIETAS JUSSIT HABERE DOMUS.

In ædibus Johannis Stenonis Pharmacopolæ

MEDICINAM INVENIT APOLLO,
AMPLIFICAVIT ÆSCULAPIUS,
PERFECIT HIPPOCRATES.
Soranus.

Volve ſuper Jehovam viam tuam & ſpera in eo & ipſe faciet, projice ſuper Jehovam pondus tuum, & ſuſtentabit te, non dabit in ſeculum mutationem juſto.

In ædibus Jonæ Nicolai Chirurgi.

AUDI VIDE TACE
SI VIS VIVERE IN PACE.
1666.

---

In Platea Septentrionali.

Poſt mala fata domus poſt nubila jubila ſenſi,
Fixa meo manſit ſpes animoſa Deo.
S. I. W. A. M. D.
1630.

---

In Platea occidentali.

OMNIA FLOREBUNT PROSPI-
CIENTE DEO.
1604.

---

In Foro veteri.

IN MANIBUS DOMINI SORSQ;
SALUSQ; MEA.
1599.

Alia

TANDEM BONA CAUSA TRIUMPHAT.
HErrens Naffn er et faſt Slot.

---

In Vico Badſtuſtrede dicto.

HONESTA REPUTATIO EST CER-
TUM PATRIMONIUM.
1647.

---

In pla-

In platea nomine Snaregade dictâ.

BREVIS EST HUJUS VITÆ FOELICITAS
MODICA EST HUJUS SECULI GLORIA.
Jeronymus.
1579.

In vico Laurentii Biorronis.

IN BONO JUSTORUM EXULTAT
CIVITAS.

In ædibus Georgii Holſtenii Bibliopolæ.

TU PRÆSENS CURA DOMINO
COMMITTE FUTURA.

In vico Graabrødre nomen habente

UBI PERIT PIETAS PERIT OMNIS
FELICITAS.
1600.

In vico Tucthusſtræde appellato.

CONSCIA MENS RECTI FAMÆ MENDACIA RIDET.
HeiC MurVs AheneVs esto
NiL ConsCire SibI nuLLa paLLesCere CVLpa.
1662.

In platea Auſtrali.

HONORA MEDICUM PROPTER NECESSITATEM.

In

In platea ex Admiralo nomen habente
OMNIBUS PLACERE DIFFICILLIMUM.
1645.

---

*In* ædibus Caſpari Rodulphi è regione Byrſæ.
VBICVNQ; DEVS HABITAT GLORIA EST
ET GLORIOSVM EFFICIT QVEM
INHABITARE DIGNATVR.

---

In ædibus Gabrielis Iacobi.
DEO DANTE NON VALET INVIDIA.
DEO NON DANTE NIL VALET LABOR.
PIIS CUM DEO ET HOMINIBUS LUCTANDUM.
PINGVIS HÆREDITAS FILIORUM DEI.
DEUS MIRA RATIONE SUIS PROSPICIT.
ANGELORUM SOCIETAS PIORUM SOLATIUM.
HIC SERIT ILLE METIT.
TERRAM GERIS TERRAM TERIS.
TERRAM QVÆRIS IN TERRAM REVERTERIS.
HOMO NUNQVAM IN EODEM STATU PERMANET.

---

In ædibus peramplis & magnificè extructis
Illuſtriſſimi Viri
CHRISTOPHORI DE GABEL
Den Stormectigſte Kongls oc Herris
Kong Friderich den III.
Beſtalter Geheime Staads oc Cammerraad
Stadtholder i denne Kongelige Reſidentz Stad
Kiøbenhaffn
oc Gowerneur offver de Inſuler Ferrøe
Chriſtoffer von Gabel
til Randzoholm
Anno 1666.

---

Supra

Supra Caminum Wilhelmi Wormii Medicinæ Doctoris ac Profeſſoris Regii.

Mit Hiertis Ild optend ô Gud/ naar jeg vil optende;
Naar denne Skorſtens Ild gaar ud/ da lad den anden brende.

In ædibus Gabrielis Jacobi.

Hvo der befaler Gud ſin Sag
Da gaar vel frem al hans Anſlag.

In platea Vickegade dictâ.

Den ſom er tjmelig fød
Maa hver Dag vente ſig Stød.

In platea Admirals gade vocata.

O Gud fra al Ulycke oc Fare
Dette Huus oc Sted naadelig bevare.
Velſigne dem der i Bygge oc Boe
Effter Døden giff evig Glæde oc Roe.

In Fortunæ vico.

Hvo paa Gud troer
Hand trygelig boer.
1615.

In vico nomen Hyſkenſtræde habente.

Om det fortryder dig
Min Gud vil hielpe mig.
Naar du forbi mon gaa
Ti ſtille lad det ſtaa.
Det er byget i JEſu Naffn
Gud til Loff / Folck til Gaffn.
Anno 1054.

In vico Lærſtrede dicto.

Denne Hoffved er aff den Oxe ſom bleff heel ſtegt udi Kong.
Maj. Kong CHRISTIANS den IV Kroning
Anno 1596 den 29 Auguſti.

In vico S. Clementis.

O Gud giff mig ſin Hellig Aands Naade
Som mit Hierte kand ſtyre oc raade.
1607.

In platea Farffvergade vocata.

Min Ven betenck du det ved dig
At du icke misunder mig.
Hvad Gud vil dig tilføye/
Der med lad du dig nøye.
1614.

Alia

O Gud du eſt endnu ſaa Rig
Som du haffver været Evindelig.

In Foro Veteri.

O HErre Gud Fader blid
Din Naade du os altid
Med Velſignelſe beteer.
Dig ſkee derfor Priis oc Ær
Vor Indgang du bevaar
Vor Udgang oc uden ſaar.
1631.

In Foro novo.

Her kand en Tyran ſee ſin Macht
Hvor ſnart hans Anſlag er underlaght.

Hvo

Hvo derfor haffver Ont i Sinde
Offvervej hvad hand hermed kand vinde.
1600.

In vico nomine Compagni Strede dicto.
Tenck paa HErren fort i Verden
Den gamle Mand den Siuge Seng.
1648.

In platea Magſtrede vocata.
Haab paa Gud oc fryct hans Bud.

In platea cui nomen Kiødmangergade impoſitum eſt.
Altingiſt er Forſengelig
Guds Ord bliffver Evindelig.
1553.
Alia ibidem.
Om du gaar ind / om du gaar ud/
Bevare dig din HErre Gud;
Ledſage dig baade hid oc did/
Fra nu oc indtil Evig Tid.
PAX DOMUM HANC INGREDIENTIBUS EGREDIENTIBUS ET HABITANTIBUS IN EA.
Dein Eingang und Ausgang dein/
Las dir HErr Gott befallen ſein.

In platea Wimelſkafft dicta.
Ingen kand ſiges Lyckſalig at være/
Førend de hannem til Graffven mon bære.
1591.

In ædibus Helenæ Rud.

Naar du gaar ud/ naar du gaar ind/
Haff Chriſtum ſteds i din Hue oc Sind:
Haab du paa Gud / hans Gunſt beſtaar/
Naar Verdens Yndiſt Ende faar.

In vico Roſengaard nomen adepto.

Vil du det ſkal gaa dig lyckelig/
I Handel brug ey Falſk oc Svig.
Slaa ey til Verden din Lid/
Forlad dig paa Gud din HErre blid.
Thi hvo Gud fryćter er Rig oc Viis/
I al hans Nød faar hand ſtor Priis.
Gud und mig aff din Forſtand/
For jeg er fød i fremmed Land.
Frels mig aff all min Nød
Oc fri mig fra den evige Død.
Anno Domini 1582.

Circa Portam Septentrionalem.

Jeg vil gierne i Modgang tie/
Taale/ tie / haabe oc lie.
Giff Svar oc Trøſt ô Fader blid/
Mig ey forkaſt til evig Tid.
Jeg er din Fader dig haffver ſkabt/
Oc icke vil du bliffve fortabt;
I Sorrig oc Nød paakald du mig /
Villig findis jeg at Hielpe dig.
Aldrig er hørt jeg den forſmaar
Sin Tro oc Haab til mig ſlaar:
Mens deris Sorrig ſnart omvend
Alting til en lyckſalig End.

In ædibus Johannis Plumii
Generalis Templorum Danicorum Commiſſarii.

Hvor du dig vende
Er Døden din Ende.

In platea Septentrionali.

Guds Naade er evig Baade.
1647.

Alia ibidem

Anno 1593 bleff dette Huus byget aff Nøv/
Gud lade ald offverfald ſtede fra det fløv/
At vi paa Jorden ſaa motte Bygge oc Boe/
Oc ſiden leffve med Gud i Fred oc Roe.

Ibidem in ædibus nomine Dyrkiøb appellatis.

Vaag op oc bed/ Tiden gaar:
Døden kommer/ du ved ey naar.

In vico qvi nomen Landemerckehabet.

Sørg du ey for mig/
Jeg ſørger ey for dig/
Gud ſørger for os alle.
Anno 1647.

In ædibus Eſaiæ Fleiſcheri Pharmacopolæ, ubi olim Armamentarium Regium.

Aus dem CXXVII Pſalm:

Wo der HErr nicht das Hauß bauet/ ſo arbeiten omſonſt/ die dran bauen.

Wo der HErr nicht die Stadt behütet/ſo Wache der Wächter omſonſt. Es iſt umſonſt/ daß ihr früh auffſteht/und hernach lang

lang ſitzet/ und eſſet euer Brodt mit Sorgen/ denn ſeinen Freun-den gibt ers ſchlaffend.

E: F: V: S: M: H: D:

1637.

---

In magno Templi Nicolai vico.

Helff Gott uth Noth/
Affgunſt iſt grott:
Als Gott behaget/
Beter benedidet/ als beklaget.

1582.

---

In platea Auſtrali.

Hin geht die zeit her kompt der Todt:
O Menſch thu recht und fürchte Gott.

Alia ibidem

An Gottes Segen
Iſt alles gelegen.

Adhuc alia.

Dies Haus ſteht in Gottes Handt
Die Statt Wormbs iſt genant.

---

In platea Kongensgade dicta.

Wer Gott vertrawet
Hat wol Gebawet.

*Hæc inſcriptio in aliis complurimis Ædibus legitur.*

Alia.

Wer ein lidken geigen kan/
Wie er es will ſtimmen an.
Den nent man ein gülig Man.

Wer mit Stoltz und Hochmut tracht/
Und der Armen Demuth laght/
Der iſt ſelbſt von Gott veracht.

Beten

Beten iſt die beſte Kunſt/
Beten bitten nicht umſonſt.
Macht bey Gott und Menſchen Gunſt.

Königs Gunſt bringet Gunſt.
Wer ſuch ſchweigen iſt ein Kunſt.
Wer gern ſchwaßet/ kriegt Vngunſt.
Wann alles zu rechter Zeit geſchicht/
Kan man dar an Sündigen nicht.
Ein jeder bleib bey ſeynen Standt/
So ſteht es woll in gantzen Landt.
Wer Sorgt und Forſcht was andre machen/
Verſaumpt das ſein / ſeint forecht Sachen.

In Cœmiterio S. Nicolai.

Den Aus und Eingang mein
Las dir ô Gott befohlen ſein.

In platea Auſtrali.

O HErr las dir gefallen ſein
Den Eingang und Ausgang mein.

In Foro Amagrienſi.

Ach Gott wie gern ich wiſſen wolt
Wer ich auff Erden vertrawen ſolt.

Alia.

Nach Gottes Wort dein Leben richt
So wird es am Segen manglen nicht.

In platea Occidentali.

Hilff Gott uth Noth
Affgunſt iſt grot
Gott is mit mich allen Zeit.
Amen. 1591.

In

In vico à Monaſterio nomen tenente, Danice Kloſterſtræde.

Gott gibt mehr in einem Tag/
Als ein Keyſertumb vermag.
Noch bleibt er fort ein reicher Gott/
Je mehr er gibt/ je mehr er hat.
1635.

In ædibus Georgii Holſt Bibliopolæ.

Hör Gottes Wort/ und merck darbey/
Das ſoll ihres der beſte Reichthum ſey.
Da für du Wagen ſolt und geben/
Dein Haab und Guth auch Leib und Leben.

In vico Roſengaard dicto.

Dieſer Ochſen habe ich gebraten auff der König FRIDERICI III Seine Krönung den 23 Novemb. 1648.
Jochim ter Wieder

In platea cui nomen Grønnegade poſitum eſt.

Im Creutze nur beſtändig ſey /
Gott zihen dien Noth und ſteht dir bey.
Darumb Sorge ich für mich/
Ein jederman ſorget für ſich/
Aber Gott ſorget.
Enten vi ere Store eller Smaa
Saa ſkal vi med Døden herfra.

In ædibus olim nobilis fœminæ Cathrinæ Breskis in vico cui nomen Pileſtræde eſt impoſitum.

Ach Gott las mich erwerben
Ein Selig Leben und den Selig Sterben.
1596.

Varia Emblemata Politica cum ſuis Inſcriptionibus, qvæ ſacra virtutum ſuggerunt monita prudenter adminiſtrandi fortiterq; defendendi Rempublicam & honeſtè vivendi, in excelſis ædibus nobiliſſimi & ampliſſimi Viri THEODORI LENTE ſunt depicta, cujus, nuper admodum fato functi, Vita & Epitaphium, heic pervulgo atq; edo, memoria tanti Viri ne moriatur.

*THEODORUS LENTEN Oſnabrugæ in Weſtphalia 16 Martij Anno 1605 natus, Patre Hugone Lenten Icto. Senatore Civitatis Oſnabrugenſis ac Syndico Eqveſtris ordinis, Matre Catharina Hinrikings. Proavus Paternus fuit* HINRICH Lenten *Hæreditarius* zur Weide, *prædium ſitum* auff dem Kühnen Walde in der Drente/ *Avus Henricus* Lenten *à Dincklage, ejusq; Uxor avia THEODORI* Lenten *Anna* von Kneſem *Baldvini* von Kneſem *Hæreditarii in* Welberfeld *Diœceſis Mindenſis filia legitima, Avi Frater Herman* Lenten, *Ennonis Comitis Friſiæ Orientalis ejusq; viduæ Annæ natæ Comitiſſæ Oldenburg. Gubernatricis ac Tutricis Cancellarius fuit,* de qvo Ub. Emmius rer: Friſicar: Hiſtoric. libr. 59 ſæpiſſimè meminit, *qvi poſteris claritate nominis præluxère, ac in hanc familiam multum luminis ac ſplendoris intulère. qvam ipſam etiam temporis injurià obſcuratam novis illuſtrare radiis voluit Romanorum Imperator Ferdinandus tertius Glorioſiſſimæ Memoriæ. Poſtqvam ſacris Eccleſiæ initiatus ac tertium ætatis annum compleverat, ad preces ac prima Studiorum elementa à parentibus privatim aſſuefactus, poſtea in Schola patria Senatoria tantum profecit ut Græcè & Latinè decimo ſexto ætatis anno cum approbatione peroraverit. Cum vero jam ætatis 17 attingeret, anno Chriſti 1622 ad ſtudia humaniora excolenda à Parentibus ad Gymnaſium Hamburgenſe miſſus, ibi tum publice perorando, tum ſub præſidiis Laurembergii & Warembergii diſputando 2½ annos contrivit. Anno 1625. menſe Martio ex conſilio Patris ac Amicorum Roſtochium ſe contulit & ſtudiis Juris Civilis ac Canonici ſe mancipavit, Collegia publica & privata ſub Profeſſoribus tunc temporis celeberrimis freqventavit, tantumq; ſpatio qvadriennii profecit, ut ll. Prolyta ac Candidatus vocaretur. Anno 1629 ingruente tunc Belli calamitate, dum Wallenſteinius Militiæ Imperatoris Præfectus fugatis antiqvis Ducibus Ducatu Megapolenſi ſolenniter ibidem inveſtiretur, Roſtochio ad Academiam Wittenbergenſem ſe contulit, menſà ac ædibus D. Carpzovii I. U. Profeſſoris uſus; cujus ac celeberrimi Icti Reuſneri opera multum in Jure Civili ac Feudali profecit. Inde Jenam profectus, in qva Academia cum Arumæo & Hortledero familiariter vixit. Jena cum, Patre præmortuo, Matrem Lubbeke Epiſcopatus Mindenſis ob Religionem Evangelicam relictâ (Oſnabruga Papiſmo deformata) in exilio ob veram fidei confeſſionem viventem inviſerat. Spiram dein ut ſtudia Iuris ad praxin conferret profectus, ſed nec ibi ob invaſionem Hiſpani militis, expulſis Sveciis, niſi per menſes aliqvot ſubſiſtere licuit, qvare cum commenſalibus ſuis Argentoratum aufugit, ubi Illuſtriſſimi Ottonis Philippi Sac. Rom. Imp. Principis, Sylvarum Rheni Comitis Dn: in Badonville, Neuville & Feneſtrange duobus filiis Ludovico & Leopoldo Wilhelmo ſtudiorum ac morum adiunctus diutius in aula Sereniſſimi Lottaringiæ Ducis Caroli cum illis ſubſtitit: Inde in Galliam profecti i-*

*biq; per biennium integrum Pariſiis Principes variis exercitiis eqveſtribus operam dedêre, dicto Lente interim ſtudia illorum dirigente: Cumq; jam militiæ in Gallia nomen darent, bona cum gratia honeſtiſſimè ab illis dimiſſus eſt. Ac qvamdiu cum illis in Gallia vixit, innotuit Eminentiſſimo Cardinali de Richelieu, Legatis ordinariis ac extraordinariis Hiſpaniæ, Angliæ, Sveciæ, Poloniæ, ac Nuncio Apoſtolico, inprimis incomparabili Dno: Grotio: Totâq; Gallia peragrata, contulit ſe in Angliam, inde in Belgium, perluſtratis 17 Provinciis, Lugduni Batavorum ac Ultrajecti aliqvot menſes commoratus, tandem Amſtellodamo 1 Ianuarii Anno 1625 Hamburgum profectus, indeq; ad nundinas celeberrimas, menſe Ianuario prædicti anni 1625 Chilonium in Holſatia ſe contulit, ubi innotuit Iohanni Schonbachen Conſiliario Regio ac Capituli Schleſvicenſis Canonico, qvi poſtqvam familiariter cum ipſo viveret tanto affectu eum complexus, ut filiam ſuam natu maximam Magdalenam ipſi deſponderet. Socero autem die ſeptimo inſeqventis Menſis Martii præmaturè defuncto, prædictam Virginem Magdalenam, Matre Regina Finckelthaus aſſentiente, Chilonii 14 die Septembr: eodem anno 1635 per Sacerdotalem Benedictionem conjugali vinculo ſibi aſſociavit, ibidemq; domicilium fixit. Inde ex conſilio amicorum ad aulam Sereniſſimæ Reg: Maj: qvæ durante regimine Archiepiſcopali Vordæ Bremenſium ſubſtitit, ſe contulit. Cumq; primarii Miniſtri animadverterent eum magis ad Aulā qvam litigia fori natum, ipſi exeunte anno 1637. Officium Conſiliarii & Secretarii intimi ſive Cameræ oblatum, cui durante regimine in Diœceſi Bremenſi ac Vordenſi, laborioſâ induſtriâ præfuit ab anno 1644. Cum Principe ſuo Sereniſſimo in Holſatia vixit, donec Deo ſic diſponente Anno 1648. CHRISTIANUS IV. Rex Daniæ ac Norvegiæ moreretur. Nec interea temporis calamitates ipſi defuêre, occupato à Svecis Archiepiſcopatu, Stada expugnata cum reliqvis fortalitiis à Svecicæ Militiæ Præfecto Comite Koningsmarkio cum Uxore ac liberis totaq; familia ibidem captus, ac bonis, ac libertate amiſſis, ſpoliataq; ſupellectile, inde Vordam, & poſt excurſum unius Menſis, Neoburgum ad Viſurgim captivus abductus, uxore interim cum liberis domo expulſa, uti ille in captivitate, ita illa in cuſtodia usq; ad pacem anno 1645. reductam detentus. Libertati reſtitutus rediit ad ſervitia Sereniſſimi Principis ac Domini, qvi exercitu dimiſſo per aliqvot annos usq; ad obitum CHRISTIANI IV Daniæ Regis, qvi incidit menſe Februarii Anno 1648. Flenſburgi ſubſtitit. Cum verò innoteſceret morbus & paulo poſt obitus Reg. CHRISTIANI IV Princeps Daniam petiit, huncq; noſtrum Lente unà ire juſſit, ac Haffniæ, præſtito ſuæ Majeſtati à Subditis ſolemni homagio tam in Dania qvam Norvegia, ubi indies à latere ſuæ Majeſtatis præſto fuit, ac tunc demum ipſi major aditus ad publicos labores apertus, ac expeditionibus variis, qvæ hoc officium comitari ſolent, id obtinuit ut Magnates plurimi & exteri Principes ac Comites cum clementi favore ac gratia dignarentur. Nec difficillimis laboribus fractus, de die conſultationibus ac rerum actibus interfuit. Qvotiescunq; extraordinarii Legati Cæſaris, Regum, Principum, Rerumpubl. Comitum ac Civitatum Imperalium advenêre, præſente Regia Majeſtate ad audiendum illorum propoſitiones ordinariè adhibitus ipſi ſæpius injunctum fuit illorum deſideriis variis ex tempore reſpondere. Horas verò veſpertinas ac matutinas, ut plurimum exarandis epiſtolis tam in Latina qvam in Germanica ac Gallica lingva*

ſedulò

# URANIBURGI AD TOTAM CAPACITATEM DESIGNATIO.



*ſedulò tribuit. Hoc officio per 23 annos ſtrenue functus eſt. Anno 1660 ob exantlatos varios labores acqviſitam experientiam ac rerum uſum à ſua Regia Majeſtate dignus judicatus cui munus Cancellariatus expeditionum Germanicarum committeretur, & qvi Collegio Status ac ſummo tribunali aſſideret. In hoc novo officio, eâ qva par eſt aſſiduitate ac fide ulterius progredi ſibi propoſuerat; obſtitit verò interdum adverſa valetudo, qva de cauſa anno 1652 ex Amicorum conſilio adtollendos pravos humores, ac præſervandum corpus ab Arthritide, qvâ interdum affligebatur, ſ[illegible] acidulas Spadinas ac ad Thermas Aqvisgranum contulit, peragratâ Hollandiâ non ſine difficultate Trajectum ad Moſam vulgo Maſtricum dubiâ valetudine pervenit, ſed hæ aqvæ morbi ſcintillas in viſceribus hærentes excutere vix potuêre. Secundo itaq; Rheni flumine Aqvisgrano Coloniam, inde Arnhemium, Ultrajectum & Amſtelodamum rediens, inde per mare Gluckſtadium ſe contulit. Lares Domeſticos reviſens, reſpiraturus veluti ex itinere, paulo poſt iterum ſenſit podagricos dolores, quibus ſemeſtri ſpatio lecto affixus. Subinde enata ſunt alia morbi genera, præcipue inſomnia, Stomachi imbecillitas ac Arthritis: Poſtqvam verò per integrum annum decubuerat priſtinæ valetudini aliqvô modô reſtitutus eſt. Anno vero 16 5 2 Ianuar à ſua Regia Majeſtate ſereno & læto animo clementiſſimè acceptus, ex eo tempore in fatalem usq; horam articularis morbi torturam per intervalla redeuntem, indigniſſimos cruciatus conſtantiſſimè tulit, donec menſis Februarii 20 die Anno 1668 mors interveniens hunc noſtrum Lenten tot annorum abſolvit cruciatibus curisq; ac tædiis lævavit omnibus, ſuperſtite adhuc uxore unâ cum qvatuor liberis, qvi ſunt Anna Catharina Chilonii nata, conjux Cunradi Heſſeo Regii Conſiliarii; Fridericus Aſſeſſor Regiæ Cancellariæ Teutonicæ; Iohan Hugo Secretarius Cameræ Sereniſſimæ Principis ac Dominæ Annæ Sophiæ, Conjugis Principis Electoralis Saxoniæ; & Chriſtianus, qvi in Galliis peregrinatur, omnes Patriâ virtute illuſtres. Tria præterea ſocialis thalami pulcherrima pignora Catharinam Reginam Chilonii, Reginam Magdalenam 1658, Dietericum Heidelbergæ ante paterna fata mors præmatura inſperatò oppreſſit.*

## Ejusdem Epitaphium

## Sic eſt Viator.

M*Orimur olim omnes, & qvæ naſcendi initium*

*hora, ea deſinendi neceſſitatem involvit. THEODORI LENTEN exuvias hic inanes, & quicqvid tanti Viri cœlô non eſt receptum, in exili tumulo conſpicaris. Dedit hunc orbi Osnabruga, utriusq́; parentis magnificâ & pervetuſtâ proſapiâ editum: qvorum liberali educatione ad virtutem & diſciplinas aſſuefactus, circumtulit induſtriam per celebriores Germaniæ Academias. Tanto progreſſu, ut dignus viſus ſit, cujus ductu Principes Solmenſes & ſylvarum*



NO-

*rum ac Rheni Comites, Lotharingiam, Gallias cum Anglia, & utrumq; Belgium peragrarent. Aſcivit illum poſtea FRIDERICUS Daniarum hodiè potentiſſimus Monarcha tum Bremenſium Archiepiſcopus in aulam, & a Secretis intimis & conſiliis eſſe juſſit. Seqvitur poſtea auſpicia optimi maximi Regis, Sceptra avita capeſſentis; & demum in Dania nanciſcitur theatrum, ubi in arduis negotiis monſtrari poſſet orbi; ſeu Collegio Status, & ſummo*




NOT.

*Tribunali aſſideret, ſeu Cancellarii expeditionum Germanicarum munere fungeretur: Nil deerat jam felicitati humanæ, nec ampliſſimæ functiones nec fœcundus cum lectiſſima Matrona, Magdalena Johannis Schönbachii Icti & Regii qvondam Conſiliarii filia, thorus, aut felices liberi; cum ſatur vitæ mundiqvè anno ætatis ſupra ſexageſimum tertio, animam cœlo, terræ corpus reddidit; & Naturæ legem ea parte, qva mori potuit, implevit. Cœterum nulla ſpatia*

*de-*

*definient virtutem, qvâ & comparavit ingenio honorem, & patriæ ſuæ apud exteros venerationem, & ſtudiis præmium, & decus ſeculo, & ne qvid cumulo laudis deſit, nomini ac famæ æternitatem. V.*

XXI. Ædium nonnullarum publicarum.

## XXI.
## ÆDIUM NONNULLARUM PUBLICARUM
### ſuperius omiſſarum.

In ædibus Paſtoris Germanici.

Ædeis has munificentia pientiſſimi Regis FRIDERICI III. Patriæ Patris Eccleſiæ Germanorum do-

donatas Proviſores ejusdem Eccleſiæ Albertus Itzen, Gerhardus Hökel, Georgius Witte in uſum Paſtoris publico ſumptu inſtaurari curârunt
Anno Salutis reparatæ CIↃ. DC. LVI.

---

In ædibus Univerſitatis Haffn. qvas hodiè inhabitat Chriſtianus Oſtenfeldius Medicinæ Doctor & Profeſſor Regius.

Tua qvod nihil refert percontari deſinas.
Qvod fers feret ferendus æqvo animo.
1608.

---

In Cœmiterio S. Nicolai.

HABITATIO PASTORIS AD S. NICOLAUM.

1568.

---

In ædibus Societatis Danicæ vulgò det Danſke Compagnie.

Denne Huus kaldis den Danſke Compagni
For Broderſkab ſom boer der udi:
Hellig Trefoldigheds Laug kaldis det oc med Ære/
Derfor bør ingen uværlig der at være.
Gud giffve dennem alle ſom her gaar ind oc ud/
At elſke hver andre aff Sind oc Hu.

CONCORDIA RES PARVÆ CRESCUNT
DISCORDIA MAGNÆ DILABUNTUR.

1591.

---

In æde qvadam publica Civitatis Haffnienſis Aulsgaar dicta.

Der Segen des Herren machet reich ohne mühe.

---

# XXII.
## CORONATIONIS CHRISTIANI IV
& qvidem

XXII. Coronationis Chriſtiani IV.

### I.
### TABERNACULI SIVE TERRITORII

Qvod ſupra CHRISTIANUM IV. Regem Daniæ &c. in ejus Coronatione celebratâ 1596 die 29 Aug. extulerunt qvatuor Regni Senatores, Georgius Fiuß / Presbiorno Gyldenſtiern / Axelius Brahe / & Henricus Lyck:

Macte animi Arctois Rex optatiſſime Regnis,
  Dania te Dominum geſtit habere ſuum:
Hoc tua nam virtus meruit, qvæq; omine fauſto
  Gloria ab antiqvis te comitatur Avis.
    Vær ved et freydigt Mod
      Du Danſke Konning god:
    Danmarck dig begærer/
      At du det regiærer:
    Din Dyd med god Forſtand/
      Saadant forſkylle kand/
    Oc den Høybaarne Stamme/
      Hvor aff du mon komme.

*Encomium Daniæ pag.* 197.

2.

## ARCUS TRIUMPHALIS.

Hvem bør dette Land oc Crone/
  Uden dig ô Konning ſkone?
Thi du dine Forfædre god'/
  Kandſt lignis i Ære oc Mod:
Derfor Gud i Himmelen høye/
  Dig vil ſlig Ære tilføye/
Oc den Kongelige ſtemme/
  Erlig ſtedſe vil forfremme.
O du Dyderige Konge/
  Denne Spir ſkalt du entfange/
Som med det høye Regiment/
  Dig aff Guds Haand vorder tilſende.
Derſom du i dine Rige
  Holder Ræt oc Low ved lige/
Da ſkal Dig oc alle Dine/
  Lyckis vell : Tro Ordene mine.

*Encomium Daniæ pag.* 198.

## Germanicè.

Wem gehört dis Reich und die Kron?
Niemand denn dir / ô König ſchon.
Denn wie Du deinen vorſahren Reich
An Ehr und Tugend biſt gantz gleich.
Alſo hat Gott im Himmel drobn
Zu gleichen Ehren dich erhoben/
Damit die Königliche Stamm
Erhalten werde Lobeſam.
O Edler König Tugentreich/
Empfah den Scepter/ der zugleich
Dir und dem gantzen Regiment
Von Gottes Hand wird zugeſendt.
Wo fern du Recht und Billigkeit
Wirſt lieben und halten Allezeit.
So wirds bey Deinen und auch Dir
Glücklich ergehn/ das Glaub du mir.
Wem ghört das Reich und auch die Kron?
Niemand denn Dir / ô König ſchon.

Denn

Denn wie du Deinen vorfahren Reich/
An Ehren und Tugenden biſt gleich.
Alſo hat Gott im Himmel drobn/
In gleichen Wirden dich erhobn/
Damit dein Königlicher Stam/
Erhalten werde Lebeſam.

*Chriſtiani Hunnonis relat. Germanic. de Coronatione CHRISTIANI IV. pag. 9. item Auguſtini Erici relati. Germani. ejusdem Coronationis pag. 9.*

3.

## SPECTACULI ΠΥΡΩΔΕΟΣ

Danicè Fyrverck.

Jupiter ſkulle i mig kalle/
Saa giør andre Guder alle/
Hvilcke oc lyde mig gierne/
Uden Iuno gammel Bierne/
Hun vil oc ſtundum raade med/
Om Jeg ellers ſkal nyde Fred.

*Encomium Regni Daniæ pag. 203.*

Germanicè.

Der Jupiter bin ich genant/
Von andern Göttern wol bekant/
Die mir all gern Gehorſam ſein/
Doch Juno das Gemahel mein/
Muß ich bißweilen laſſen walten/
Ob ich wil anderſt Fried behalten.

*Hunn. l. c. & Auguſt. Eric. l. c.*

4.

## TURRIS QVÆ FUIT PARS DICTI SPECTACULI.

Spør du hvorlunde Rom den gamle/
Først ſtor Velde monne ſamle?

At hun Verdens Høffdinginde/
Er bleffven ? Daſkalt u finde /
At ey Penge / Godz ey Fraadzen/
Ey Druckenſkab ey Smoradzen/
Hvercken Hoffart / oc ey Vtuct/
Hvorfra det Folck vared' ſig ſmuct/
Saadant giorde : Men Alleene/
Dyd / Tuct/ oc Fromhed den reene/
Stort Arbeyd/ oc ſynde lig Flid/
Til Ære at vinde altid/
Derfore deris unge Helte/
Altid ſøgte Priis oc Velde:
Der aff er bleffven den Stad ſaa ſtor/
Som ingen haffde været langt før.
Derfor var oc min begiære/
At Rom kunde bliffve i Ære.
Hialp ſelff til med Adelige mod/
Som en Edel Helde vel anſtod/
Jeg ſkyde ey den bittre Død/
At Jeg Rom kund' hielpe aff Nød/
Som ſkeede aff det ſtore Svel/
Hvilcken ey kunde ſtillis vel/
Vden den Ædelſte Ting paa Jord/
Bleff der kaſt / oc til Offer giort.
Hvad er nu Ædler end den Mand/
Som meere end Verden acte kand/
Loff oc Priis ? Derfor behende/
Jeg med Heſt i ſvellen rende/
Plagen ſaa der med affvende/
Selff fick Jeg en loff lig Ende.
Eſt du en Helde/ ſaa følge mig/
Lad Priis oc Ræt befalle dig/
Lad dig keck til Døden finde
Naar du kanſt Prjs der med vinde.

*Encomium Daniæ pag. 204.*

Germanicè.

Fragſtu wie die Stadt Rom ſo alt/
Sey kommen zu Ihr groſſen gewalt/

Das

Das ſie das Häubt der gantzen Welt
Geweſen iſt: Nicht das groß Geldt/
Nicht Gut/ nicht groſſe Freſſerey/
Nicht die Sündhafftig Saufferey/
Nicht Hoffart oder Fleiſches Luſt/
Da von das Römiſch Volck nichts wuſt/
Daſelb gethan: Sondern merck eben
Das Tugend/ Zucht/ und meſſig Leben/
Gros Arbeit/ und unendlich Fleiß/
Vnd Hertzlich Luſt zu Lob und Preiß/
Dadurch Ihr junge Manſchafft ſchon
Allzeit ſtund nach der Ehren Kron/
Hat bracht die Stadt in ſolchen Flor/
Als kein geweſen iſt zuvor.
Demnach hat ich auch Luſt und Lieb/
Das Rom die Stadt in wolfart blieb/
Nach Adelicher Helden Art/
Die mir ſo angeboren ward.
Vnd ſchewte nicht den bittern Todt/
Zu wenden von der Stadt die Noth
Des groſſen Erdfalls/ der nicht kund
Gedempfft werden/ ohn wan zur Stund
Das aller Edelſt ding auff Erden
Darein geworffen mochte werden.
Nun iſt nichts Edlers als ein Heldt/
Dem nichts geliebet in der Welt/
Als Ehr und Tugend, drumb ich behendt
Mit meinem Pferd in Erdfall rent/
Welcher dadurch bald ward gewendt/
Alſo namb ich ein löblich End.
Biſtu ein Heldt ſo folge mir
Las Ehr und Recht geliebet dir,
Vnd zweifel nicht Mänulich zu ſterben/
Wann du kandſt Ehr und Preiß erwerben.

*Hunn. l. c. & Auguſt. Eric. l. c.*

5.

## IMAGINIS CUJUSDAM QVA PRÆDICTUM SPECTACULUM FUIT ORNATUM.

### Hæreſis Kætteri.

Dit er:

### Falſk Lærdom.

Ville du ræt vide hvo jeg er/
  Da giff vel act paa hvad du ſeer;
Kætteri ſaa kalder mand mig/
  Mine Aſen Øren viſe dig
Min U-forſtand: Min blancke Stiern
  Oc ſmilen Mund bedrage giern'
At mand mig hemlig haffver kier:
  Min Hals aff Steen mit Sind beteer/
Denne viit opſpente Strube/
  Oc Drage-Tunge i min Gube.
Dig min Dieffvelſke Lærdom maler/
  Min Böffels Horn ſom bag praler
Mercker Arg med plompe Nycke/
  Stor Hoffmod/ min Halſis ſmycke;
Mine Bryſt aff Løgn er runde
  Styrte mangen Sial til Grunde;
See oc paa min Pung den ſtore/
  Penning ſamle er min Fore:
Godt Jeg ſøger ey Guds Ære/
  Helligheds Skin/ dog formeere
Med den Bibel udi min Haand:
  Gudelig mig acter hver Mand.
Naar de ſee min Pater noſter
  Meer end Nonner udi Kloſter;
Men naar du ſeer mit Hiertis Saar/
  Om Samvittighed du forſtaar/
Som mig Dag oc Nat monn' plaffve
  Den fæde min Bug oc Maffve/
Dig viſer mig meeſt at Jage
  Efter gode fræsne Dage.

Merck

Merck oc paa mine Hiorte Been/
At undrende er jeg ey ſeen/
Naar Jegerne mig vil ramme/
Mariæ Søn / Davids Stamme.
Der ſom nogen lod ſig tycke/
Mig at følge med god Lycke/
Hand acte paa min Slange hale/
Lade ſig ey offvertale/
At faa en ond Samvittighed/
Med Diefflene i Evighed.

*Encomium Regni Daniæ pag.* 206. 207. 208.

Germanicè.

Ob du wilt wiſſen wer ich ſey/
So ſihe mich an / und wiſſe dabey/
Die Ketzerey thut mann mich nennen/
An meinen Ohren magſtu kennen
Mein grobn Verſtand ; mein glatte Stirn/
Vnd lachend Muud / thun viel vorführn/
Das ſie mich heimlich lieb gewinnen/
Der Steinen Hals mein ſteiffe Sinne
Anzeigt : Der auffgeſperte Rachen
Vnd die giffig Zung des Drachen
Dir mein vergiffte Lehr bedeuten.
Der Büffels Kopff der andern ſeiten/
Mein bös / doch unbehende Tück :
Mein Hoffart auch das Hals geſmück
Verreth : Mein runde Brüſt vol Lügn
Thun manches du ſtigs Kind betriegn :
Der groſſe Beutel dir anmeldt
Das ich mehr dicht und tracht nach Geldt
Und Weltgut / als nach Gottes Ehrn.
Doch thut mein heiligen Schein vermehren
Die Bibel in den Händen mein/
Auch ſchein ich gar Andechtig ſein.
Wann man ſihet an mein Pater noſter
Mehr als an Nonnen in dem Cloſter :
Aber mein Hertz ſo hart verwundt
Thut dir mein bös gewiſſen kundt/
Das mich ſehr plaget Tag und Nacht :
Des gleich mein feiſſer Bauch dir macht
Bekant zu ſein mein meiſt Gedancken/
Wo etwas guts her möge wancken:

Mein

Mein Hirſch-Füſſe bezeugen frey
Das ich geſchwind zu lauffen ſey;
Wenn mir der Jäger thut Nachjagn
Welchen Maria hat getragen/
Ohn ein Mann / unter ihrer Bruſt.
Wem mir zufolgen kompt an Luſt
Den warn' ich mit mein Schlangen Schwantz
Das er ſich hüt vor meinem Tantz/
Will er nicht haben ein bös Gewiſſn/
Und endlich ſeyn mit Teuff'in beſchieſſen.

## 6.
## VERSUS IN CORONATIONE CHRISTIANI IV. VARIE INTER PLEBEM DISPERSI.

### VIRTUS.

Huc Jove nate gradum flectas, hâc itur ad aſtra:
Horres principium, finis Olympus erit.
Kom hid du kiere Jovis Søn/
Saa faar du i Himmelen Løn:
Tungt er det naar du begynder/
Men dog til Himmelen ſkynder.

### VIRTUTIS ALLOQVIUM.

Illuſtri qvondam prognati ſangvine Divûm,
Præcipiti vigiles huc properate gradu.
Ardua ſit qvamvis via, non invicta recuſo
Per cautes Arete ſcandere laudis iter.

Qvisqvis ſe totum Virtuti conſecrat, ejus
Inculpata gravi crimine vita vacet.
Cum primis calidi Bacchi, Venerisq; malignæ
Illecebras fugiat, deditus usq; Deo.

Ut ſit laudatæ gravis ad pinnacula ſudor
Virtutis, primo difficilisq; labor:

Poſt

Poſt tamen hæc reqviem præbet per ſaxa petitam
  Invia, per-vigiles nobilitatq; viros.

Muſarum amicus miles ab inclyta
Pindi palæſtra qvi brabion petit,
  Multum moleſti devoravit,
  Pluribus abſtinuit cupitis.

Danicè.

I ſom er Fødd' aff høy Stamme:
  Mercker denne Vey at ramme:
Værer der til icke ſeene /
  Om Modgang det vil formeene:
Endog min Vey giøris mig Trang/
  Jeg kommer dog vel fore min Gang.
Ingen hind mig min ſkal holde/
  Men Jeg ſøger Æren bolde.

Hvo ſom Dyd gierne vil tiene/
  Alt Ondſkab ſkal hand formeene:
At de hannem ey forvende/
  Groffve Laſt oc Skam tilhende:
Dog meeſt Hoer oc ſtore Dricke/
  Som forſpilder manges Lycke:
Hvo ſom gierne vil tiene/
  Saadant Did ſkal hand formeene.

Endog det tungt er at vinde/
  Til Dyden Hoff-Ret at finde:
Oc det ſkort Arbeyd oc Møye/
  Først viſſelig vil tilføye/
Dog kand den vel ſamme Vey naae/
  Som ey frycter paa Klippen gaa:
Hand finder vel Vey oc Maade/
  Ære / Roe oc ævig Baade.

Den ſom Viſdoms Ven vil være
  Som Loff oc Løn vil begiere/
Oc giøre der om tilbørlig Flid/
  Dag oc Nat ſin gandſke Lifs Tid.

Pp Mi[illegible]

Meget ont ſkal hand fordrage/
Som hannem trenger tilbage/
Meget ſkal oc lade bliffve/
Som hannem Lyſt kunde giffve.

Germanicè.

Welcher von hohem Stamm geborn/
Den Weg zur Tugend hat erkorn/
Der mach ſich her auff dieſe fahrt/
Ob gleich der Weg iſt endlich hart.
So wird gewißlich doch zu letzt
Die Tugend oben an geſetzt.

Wer ſich der Tugend wil ergebn/
Muß aller Boßheit wiederſtrebn/
Zeitlich die Laſter überwinden/
So wird ſein Lob und Preiß ſich finden.

Der Weg zur Tugend anfangs zwar
Iſt hart/ felſicht/ unwandelbar/
Aber Arbeit die Straß bereit/
Und folgt der Tugend Adelheit.

Nicht Lieblichers iſt an der Jugend/
Denn ſo dieſelbig tracht nach Tugend/
Zu guten Künſten neigung tregt
Und allen Laſtern wiederſtrebt.

*Chriſtiani Hunnonis relat. Germanic de Coronati. CHRISTIANI IV pag. 25. 26. Item Encom. Regni Daniæ pag. 245. 246. 247. 248.*

XXIII. CO-

# XXIII.

# CORONATIONIS FRIDERICI III.

XXIII. Coronationis Friderici III.

## AUGUSTISSIMI REGIS NOSTRI

in qvâ

Non ſolum Arcus Triumphalis in Foro Amagrienſi erectus fuit cum hac Inſcriptione

UT SALVAM PALMAM
NON PACE TRIUMPHUS MAIOR:

Verum etiam Nummi aurei & argentei qvadrati per plateas Populo ſparſi ſunt cum ovanti & læta omnia proſperaq; portendenti verbo

TANDEM.

Figura hujus Nummi eſt hæc:



XXIV. Monarchiæ Danicæ.

# XXIV.
# MONARCHIÆ DANICÆ.

De ſumma Poteſtate An. Chr. 1660 die 19 Octobr. in FRIDERICUM III. Regem Daniæ Jure meritiſſimo collata, tale Monumentum erexit ſummi ingenii ſummæq; eruditionis Vir DANIEL PHEIFFIUS eo tempore in Eccleſia Haffnienſi Germanica verbi divini Præco, poſtea vero in Academia Haffnienſi S. S. Theologiæ Profeſſ. Publ.

ADESTE. REGES. ACCURRITE. PRINCIPES
SPECTATE. PROVIDENTIAM. DEI. ADMIRABILEM
EXEMPLUM. SINE. EXEMPLO
FRIDERICUS. TERTIUS. DANIÆ. REX
INTER. MAXIMA. BELLI. DISCRIMINA
QVOVIS. REGE. VISUS. INFELICIOR
AT. INTER. MAXIMA. PERICULA
QVOVIS. REGE. CONSTANTIOR
POSTQAM. CUM. MALA. FORTUNA. DIU. COLLU-
CTATUS. ESSET
MELIOREM. NON. SORTE. SED. VIRTUTE
ADEPTUS. EST
NAM. VIGILIAS. LABOREM. PRUDENTIAMQ.
FORTISSIMI. PRINCIPIS
DIU. ADMIRATUS. DANIÆ. POPULUS
QVEM. REGEM. PRIDEM. DOMINUMQ; ELEGERAT
NUNC. TITULO. NOVO. APPELLAT. MONARCHAM
HOC.

HOC. DEESSE. SUÆ. FELICITATI. EXISTIMANS
UT. ROMANOS. IMITATUS
OMNE. SUUM. JUS OMNEMQ;. POTESTATEM
IN. HUNC. SOLUM. CONFERRET
ET. ROMANOS. SUPERGRESSUS
INTER. TANTI. PRINCIPIS. HÆREDITARIA. BONA
SUAM. QVOQVE. NUMERARET. PATRIAM
SIC. TANDEM. FRIDERICUS. TERTIUS
QVOVIS. DANIÆ. REGE. FELICIOR
QVI. POST. EXANTLATUM. BELLUM. ATROCISSIMUM
TANTA HÆREDITATE. AUCTUS. EST
SIC. FRIDERICUS. TERTIUS
QVOVIS. DANIÆ. REGE. MAJOR
QVIPPE. CUJUS. VIRTUTI. DEBENT. NEPOTES
QVOD. NON. FIANT. REGES SED. NASCANTUR
VIVAT. FRIDERICUS. TERTIUS
PRIMUS. DANIÆ. HÆRES
ET. TANTAS. OPES. FELICITER. TRANSMITTAT
AD. POSTEROS
APPLAUDITE. REGES. APPLAUDITE. PRINCIPES

Huic noſtro primo Regnorum Hæredi in Auguſto conceſſu coram Rege, Regiæ Academiæ nomine, publicè Panegyricum dixit Thomas Bartholinus Profeſſor Honorarius, magnumq; Patriæ noſtræ Lumen & decus, ad qvem invitati ſunt omnes omnium ordinum homines hoc ſeqventi Programmate.

RECTOR
REGIÆ ACADEMIÆ HAFNIENSIS
JOHANNES WANDALINUS
S. S. Theol. D. et P. P.
CUM SENATU ACADEMICO
NATALEM REGNI HÆREDITARII
AUGUSTISSIMO REGI

Ad pag. 337



DOMINO CLEMENTISSIMO
DN. FRIDERICO TERTIO
EJUSQVE MAJESTATIS
REGIÆ FAMILIÆ
OMNIBUSQVE SEXUS UTRIUSQVE
POSTERIS
INGENTI MAJESTATIS REGIÆ MAJORUM-
QVE MERITO
PACE BELLOQVE INVICTA FORTITUDINE
ET INCREDIBILI CLEMENTIA
OB UNIVERSAM PATRIAM SERVATAM
IN ÆTERNUM DEBITI CULTUS ET OB-
SEQVII MONUMENTUM
AB OMNIBUS REGNI DANICI ORDINIBVS
SUMMO APPLAUSU ET GRATULATIONIBUS
SUBMISSE OBLATI
DEVOTA MEMORIA CELEBRATURUS
SOLENNI POMPA FAUSTIS ACCLAMATIONIBUS
ET PANEGYRICA ORATIONE
PER THOMAM BARTHOLINUM D.
MEDICINÆ PROFESSOREM ET DECANUM
BREVITER RECITANDA
PRO IMPERII HÆREDITARII ÆTERNITATE
PRO PERENNATURA REGIÆ FAMILIÆ
FELICITATE
PRO RENASCENTIS ACADEMIÆ SALUTE
OMNES
QVI VEL AMICITIÆ FOEDERE REGNI
DANICI
NOVIS FAVENT INCUNABULIS
VEL SACRAMENTO ET BENEFICIIS
REGIO NOMINI ET MAJESTATIS

OB.

OBSTRINGUNTUR GLORIÆ
IN PRIMIS LITERARUM FAUTORES
ET ACADEMIÆ CIVES
REGIÆ MUNIFICENTIÆ PERPETUOS TESTES
QVANTO POTEST OFFICIO
CRASTINA LVCE XXIII. OCTOBR. HORA VIII
IN AUDITORIUM SUPERIUS
INVITAT CONVOCAT
CIↃ IↃC LX.
SUB OFFICII NOSTRI SIGILLO.

Imperium hoc Monarchicum Danicum Monumentis etiam argenteis ut & aureis obryzis ad memoriam magis poſteritatis qvam ad præſentis temporis gloriam teſtatus eſt ſummus Danorum Pontifex JOHANNES SVANINGIUS, primi Daniæ Monarchæ Conſiliarius, in Collegio Status Aſſeſſor & Conſiſtorialis Præſes, qvi Numismata hæc ſuis ſumptibus percudi curavit, & aurea Regi, Reginæ, Regiæq; Domui Anno 1666 Menſe Novembr. humiliter & demiſſè obtulit, argentea verò aliis exhibuit.

Forma ejus & magnitudo è Figurâ æri heic inciſâ accurate conſtat.

Aureum Numiſma pondere qvidem valet 47 Hungaricos Ducatos, pretio verò longe majore. Æſtimatio enim ejus arti & raritati accedit. Argenteum pendet qvadrantem & dipondium cum ſicilico, ſed $7\frac{1}{2}$ imperialium pretio atq; æſtimationi ad minimum reſpondet.

Atq; hactenus Inſcriptiones Haffnienſes, ſeqvuntur Inſcriptiones duarum vicinarum Inſularum,

*Amagriæ* & *Hvenæ*.

Ama-

AMagria *ſive Amaga*, *Danice* Amager, eſt Inſula claudens latus Haffniæ orientale, ſex millia paſſuum longa, millia qvatuor lata, omnium fœcundiſſima, tum & venationibus, præſertim leporum, peropportuna.

Dicta eſt Amaga ſive Amagria, qvia illa Inſula eſt penu Haffnienſium. Amaga enim Germanis olim antiqviſſimis *Domum ac penuarium* denotavit, ſicuti docet Io. Is. Pontan. *Dani. deſcriptit. pag.* 725; apud qvos hodie eſt Druſomagum, Borbetomagum, Rigomagum, Duromagum & Maguntiacum. Sic qvoq; apud Italos *Magaſino* & apud Gallos *Magazin* ſignificat *rerum venalium majorumq; mercium promptuarium*. Vox vero hæc antiqva Germanica forte debet ſuam originem Mage qvod Iſlandicè, Danicè & Sveticè ſignificat *ventriculum*, Germanicè, Magre / Belgice Maeghe / Anglice Mawe / Latine *Stomachus*, Gallice *Eſtomach*, Italicè *Stomacho*, Hiſpanicè *Eſtomacho*, Anglicè the Stomache / Græc: ςόμαχος, Græc: vulg ςόμαχη, Turc: *Maden* ɔ: *ventriculus*, Hebraice מעה ɔ: *viſcera*: qvia ventriculus eſt receptaculum cibi, ut docet Cornelius Celſus *lib*: 4. *Cap*. 1. ad cujus penuriam tollendam Penuarium inſtituitur. Sic Amagria Haffniæ Civitati populoſæ & Mercatoribus repletæ de cibariis omnis generis, Butyro inprimis, lacte, caſeo, & ſimilibus Hollandico more paratis, & ſingulis diebus copioſè in Forum Haffnienſe delatis, abunde proſpicit. 1 Præterea Hollandi heic olim ſingulari modo feros Anſeres capiebant, Haffniæq; ſingulis diebus vendebant, teſte Jano Wolff *Enco: Regn: Dan: pag*: 443.

Amagria hæc unà cum civitate Haffnienſi olim à tempore Abſolonis Hvide (Archiepiſcopi Lundenſis Roſchildenſiumq; Epiſcopi, qvi eam poſſedit Epiſcopatuiq; Roſchildenſi An: 1168 adjecit) ſub Epiſcopis Roſchildenſibus eorumq; legibus egit usq; ad Añum 1284, qvo à Juriſdictione Epiſcoporum Roſchildenſium ad Regnum traducta, agnoſcere Reges Daniæ eorumq; decreta cæpit, regnante in Dania Erico Pomerano. *Hvitfel. Hiſt: Dan: Tom: I. in Fol. pag*: 167. 240 & 832.

Hanc

Hanc Anno 1288 Ericus Rex Norvegiæ, noviter inaugurato Danorum Regi Erico, Cognomento Menvid, Bellum indicans, invaſit. direptiſq; qvi inhabitabant tectis prædiſq; eorum ignem injecit. *Ar: Hvitf: Hiſt; Danic; in Fol: Tom: 1. pag.* 299. Anno qvoq; 1536 die S. Corporis, qvi fuit 19 Junii, Chriſtianus III, deditâ Malmogiâ die 2. Aprilis, ut Haffniam arctius premeret, propugnaculum collocari fecit in Inſula hac, qvæ urbi proximè adjacet, qvò commeatus ex ea in urbem omnis deferretur. *Hvitf: Hiſt: Dani. Tom.* 2. *pag:* 1479. In eam etiam An: 1658. die 8. Octobr: incurrerunt Sveci, & milite campos obſederunt, omneſq; in ea pagos ſeqventi die igni concremaverunt; decimo verò Decemb. Carolus Rex Sveciæ Exercituſq; Svecici Præfectus Wrangelius, militibus præliantibus, parvulum navigium nacti conſcenderunt & celeri ſe ſugæ commendârunt.

In hac Inſula duæ ſunt Parochiæ, una antiqva, altera nova.

Antiqva eſt hominum indigenarum.

Nova eſt Colonia ex gente Hollandiæ eò Anno 1515. traducta, idq; volente vel ſaltem adjuvante Caroli V. Sorore Iſabella ſive Elizabetha, qvam Chriſtianus II thori ſibi ſociam aſſumpſerat. Chriſtianus n. II ad Margaretham Archiduciſſam Uxoris ſuæ amitam literas dedit, ab ea petens, ut ſibi honeſti homines & hortorum colendorum periti mitterentur, ut deſapidiore & commodiore culina uxori ſuæ in poſterum proſpicere poſſet. *Ar: Hvitf: Hiſt: Dan; in Fol. Tom.* 2. *pag.* 1111. Miſſis ab Archiduciſſa Belgis hanc Inſulam incolendam Rex dedit, qvorum poſteri, Hollandi adhuc dicti, non ſolùm pagum alterum hujus Inſulæ hactenus incolunt, verùm etiam novum extra portam Haffniæ occidentalem extruxerunt, qvi nova Hollandica Urbs vocatur. Nova Parochia Orientale Amagriæ latus qvatuor ſtadiorum vel qvingentorum paſſuum longitudine in Balthicum Mare extendit, *Meurſi. Hiſtor: Danic: Lib:* 3. *pag.* 181. *& ſeqven.*

Hujus itaq; Inſulæ ſunt duo templa, unum dictum Hollandicum, Danice Hollender Byes Kircke: alterum vocatum Amagrienſe, Danicè Torne Byes Kircke / qvod idem nomen duo alia Templa Selandica habent.

Seqvuntur nunc horum Inſcriptiones, & qvidem

I.

# TEMPLI HOLLANDICI,

cujus Paſtores fuêre.

1. Dn. Petrus Petri Holſatus Paſtor 46 Ann:
2. Dn. Nicolaus Laurentii Boopagus Holſatus Paſtor 18 Ann:
3. M: Henricus Everhardi Osnaburgo-Weſtphalus Paſtor 28 Ann:
4. M. Georgius Harderus Dithmarſus vocatus Ann: 1640. 5. Novemb.

---

Coram Altare ſeqventes

## LAPIDUM SEPULCHRALIUM

Leguntur Inſcriptiones.

ANNO. DOMINI. M. CCCC. IX. DOMINICA. POST. FESTVM. NATIVITATIS. SANCTÆ. MARIÆ. OBIIT. JOHANNES. DE. HARKEN. ORA. PRO. EO.

---

SPIRITVS SANCTI EXUVIÆ
VIVENTI ANIMÆ REVER. ET DOCTISS VIRI
DN. NICOLAI LAVRENTII BOOPAGI
HOLSATORUM AN. 1565. NATI ET MINISTRI VERBI AN. 1606. HEIC LOCORUM CONSTITUTI MINISTERIOQ; 18. ANN. ÆTATIS SUÆ 49. ANNO 1614
PERFUNCTI SIMUL AC PIISS. ET HONESTISS.
CONJUGIS ABELÆ PETREÆ
ÆTATIS SUÆ 58 AN: 1624 DETRACTÆ
IN SPEM LÆTISS: RESURRECTIONIS
HOC SEPULCHRO RECUBANT
DEPOSITÆ.

---

Je-

Jeſus dicit: Ego ſum Reſurrectio & vita, qvi credit in me etiam ſi mortuus fuerit vivet.

PIIS MANIBUS.

VIRI CLARISSIMI ET REVERENDI Dn.

M. HENRICI EVERHARDI MARSFELDI.

HIC LOCI OLIM PASTORIS XXVI. ANNOS VIGILANTISS.

HOC MONUMENTUM CUM SYMBOLO POSUERUNT HONORIS ET AMORIS ERGO

MOESTA VIDUA TRISTESQ; LIBERI.

OBIIT AN: 1657 IPSA DIE TRINITATIS ÆTATIS SUÆ 78 ANN. ET 4 MENS.

In medio Dominus.

---

In Suggeſto.

IN PACE ET ÆQVITATE AMBULET CORAM ME LEVI ET MULTOS AVERTAT AB INIQVITATE ET SACERDOTIS LABIA OBSERVENT SCIENTIAM UT LEX REQVIRATUR EX ORE IPSIUS NAM ANGELUS JEHOVÆ EXERCITUUM EST.

Malach: 2.

PASTORE HENRICO MASIO ET PRÆTORE PETRO JOH: PETREO AN: 1614.

---

Supra Januam.

ANNO 1611.

Hebben dieſſe Kiersſpels Menn
Laten dieſſe Kerck verbeteren
Up eire eigene Unkoſſten.

## II.
# TEMPLI AMAGRIENSIS
cujus Paſtores fuêre

1. Dn. Laurentius Nicolai Paſtor 24 Ann:
2. Dn. Georgius Canuti.
3. Dn. Georgius Nicolai Paſtor 21 Ann:
4. M. Laurentius Claudii Scavenius Paſtor 5 Ann: poſtea Epiſcopus Stavangrienſis in Norvegia.
5. M. Claudius Johannis primò Profeſſor Haffnienſis per 3 Annos, poſtea Paſtor hujus loci Anno 1605 in Junio per 34 Annos usq; ad diem obitus qvi fuit 6 Junii 1639.
6. Dn. Johannes Claudii Egerus, filius M. Claudii prædicti, qvi Patri ſucceſſit vocatus Anno 1639: 30. Januarii.

Coram Altare.

Clauditur hac tumba Laurentius en Nicolai
Vir Pius & doctus candidus atq; probus.
Paſtor ad hoc Templum fuit Annis bis duodenis
Vnde Deo gratus cœlica Regna tenet.
Anno poſt M. D. Sexageno qvoqve ſexto
Vicenaqve nonâ Martius eſſe tulit.

HEIC JACET
DN. GEORGIUS NICOLAI
RICHARDI F. CIMBER
QVI HANC ECCLESIAM DOCUIT
PASTOR FIDELISS.
ANN: TOTOS XXI.
ANN. DN. MDC.
Menſe Martio
die XXXI.

Her

Her hviles Jnger H. Jørgens Been /
Til to Hoßbonder hun forſende
De ligge oc her hver under ſin Steen/
Gud giffve os alle en ſalig Ende.
An: Dn: M: D: C:
Menſ: Julio.
die XXIX.

## In Suggeſtu

Anno 1629.

**DOCT. CASPARUS BARTHOLINUS.**
**ANNA THOMÆ FINCKIA.**

# INSCRIPTIONES URANIBURGICÆ ET STELLÆBURGICÆ

ex Tychonis Brahæi Epiſtolis *Uraniburgi* 1596 *in* 4*to editis*, ejusdemq; Aſtronomiæ inſtauratæ Mechanicis *Noribergæ* 1602 *in Fol. publicatis*, item è Nath Chytræi monumentis Europæis, ut & à Petr. Gaſſendi tr. *de vita Tychonis Brahæi*, collectæ.

Uraniburgum una cum Stellæburgo in Inſula Hvenna à Tychone Brahæo Eqvite Dano ſumptibus FRIDERICI II Sereniſſimi Daniæ & Norvegiæ Regis extructum eſt. *Gaſſ. Vit. Tych. pag.* 41 *& Mechan. Tycho.*

Hæc Inſula indigenis Hvenna, Latinis Venuſia, exteris Scarlatina dicta, *Tych. Brah. mechanic. pag.* 29 *ab ult* in mari Balthico ſita eſt qvæ pari propemodum ſpacio Selandiam & Scaniam utrinq; habet. Videt Haffniam verſus Lybanorum in diſtantia trium milliarium, Helſingoram, ubi Telonium eſt Regium, verſus circium in remotione duorum milliarium, qvæ duo in Selandia ſunt. Helſingburgo, qvod exactè verſus Septentrionem eſt, etiam duobus diſtat; Landscronia verſus Euro ſaltem unico, qvæ duo in Scania ſita ſunt.

Hvenna vero dicta eſt à Hvenella Gigantiſſa, cujus poſteri (inter qvos Hugo & Grunilda apud Germanos in Athletarum hiſtoria celebres memorantur,) eam inhabitarunt, qvatuorq; Arces ibidem olim habuerunt, qvarum prima verſus meridiem ſita erat appellata Synderburga; Synderburgæq; oppoſitas partes tenet Nordburga; ſicut alia ortum hyemalem, Hamera verò æſtivum reſpiciebat.

Inſu-

Inſula hæc per ſe admodum alta eſt, ac ſi qvis in Montem aliqvem aſcenderit, ſuperius tamen tota plana nullibi rupicoſa aut informis, ideoq; Mathematicis obſervationibus admodum opportuna. Habet in circuitu 8160, paſſus majores, qvi duo qvaſi milliaria Germanica mediocria æqvant. Latitudo haud ultra ſemimilliare adimplet. Circa ejus meditullium, ubi Arcem Uranibµrgum exædificavit Brahæus, poli elevatio 55 Gr. 54¼ min Summa accuratione à Brahæo ſæpius eſt deprehenſa, qvi longitudinem ejus aſſumpſit partium 36 M. 45 habito reſpectu differentiæ Meridianorum qvibus uſi ſunt Ptolemæus & Copernicus, qvemadmodum in hac qvadrata qvoq; figura Inſulæ delineationem comprehendente hæc in unius Gradus Minutiis ſecundis ſubdiviſa ſunt. *Jon. Colding. deſcript. Dan. pag. 116. Tycho Brahe in Mechanic. pag 5 ab ult.*

Hanc ob Brahæi memoriam Ann. 1634 die 14 Auguſt. conſpicere delectatus eſt cum ſuo comitatu Claudius de Meſmes Comes d' Avaux ad Chriſtianum IV Regem Daniæ à Ludovico XIII Galliæ Rege extra ordinem Legatus, qvod patet ex Caroli Ogerii Itinerar. Danic. pag. 35. 36, ubi hæc leguntur: *Meridie Helſingorâ profecti ſumus terreſtri itinere Hafniam verſus; ac decurrentes ſecus mare, Hvenam inſulam totô itinere conſpeximus, qvæ ſe ob maris flexum ex tribus angulis videndam nobis permittebat; qvatuor enim conſtat æqvis lateribus, eſtq; perfectè qvadrata in propugnaculi artificioſi formam. Attendite hic Mathematici omnes, geniumq; iſtius loci edite: qvàm multæ atq; celebres ſparſæ ſunt in Jonio immenſo Inſulæ, nulla tam ſolertem habitatorem ſuſtinuit qvàm hæc Hvena. Illa qvippe per plures annos manſio fuit magni illius Tychonis Brahæ*

Omnia qvi magni diſpexit lumina mundi,
Qvi ſtellarum ortus comperit, atq; obitus.

*Unde*

*Unde ille aſſidua ac indefeſſa contemplatione obſervavit de cœlo, qvæ hominibus aperiret ac traderet; ubi præclaram illam Arcem, opportuniſſimam rimandis aſtrorum concurſibus ſpeculam, exſtruxit, Uraniburgum nuncupatam; ubi duos illos ingentes æreos globos cœleſtem terreſtremq́, fundi ac fabricari juſſit; cœlavitq; ipſe atq; diſtinxit accuratiſſimâ operâ; qvorum alterum Hafniæ vidi, alter in Germaniam delatus eſt. Hujus Tychonis ſoror, mulier Septuagenaria, qvam etiam Mathematices peritiſſimam eſſe ajunt, nos Helſingorâ exeuntes conſpexit, illamq́ nos ipſi viciſſim.*

## HVENNÆ TOPOGRAPHIA EST HÆC

qvæ à Gvilielmo Blaev, cum ſub Tychone Aſtronomiæ operam daret, delineata eſt, qvam Chriſtiano Severini Longomontano Aſtronomiæ in Regia Academ. Haffn. Profeſſori, parentis ſui ſub Tychone condiſcipulo, Joannes Blaev dedicavit.

NO-



## NOTARUM EXPLICATIO

*A. Arx Uraniburgum.* B. *Stellæburgum.* C. *Prædium Oeconomiæ deſtinatum.* D. *Officina artificum, Aſtronomica Inſtrumenta & alia fabricantium.* E, *Mola alata.* F. *Pagus* 40. *circiter ruſticorum habitationes*

R r　　　　cont

*continens.* G. *Moletrina papyro conficiendæ inſerviens, ſimulq; frumentum terens, & inſuper pelles varias præparans; qvæ tria opera unica, eademq; maxima rota tam ſimul, qvam disjunctim perficit.* H. *Templum.* I *Forum judiciale Ruſticorum.* K. L. M. *Piſcinæ majores qvarum* L. *Moletrinæ appropriata profundæ altitudinis eſt, & aggere incredibilis molis fundata, ut aqvarum in copia, moletrinæ inſervientium ſit receptaculum Hæ reliqvæq; piſcinæ 60 circiter numero magnam copiam piſcium diverſi generis continentes, in uſum dictæ moletrinæ facili negotio, qvando opus fuerit, pro majori parte exonerantur.* O. *Pratum paluſtre, alnis aliqvot aſſurgens.* T. *Paſcua arbuſtis nonnullis in locis conſita.* N. *Sylvula Corylorum littore Boreo opacata.* P. Q. R. S. *Veſtigia 4 Arcium, qvæ ibi olim extiterunt.*

Prope Inſulæ Hvennæ meditullium Arx ex ipſo cœlo, cujus obſervationibus inſervire deberet, denominata, & Uraniburgum (o: cœli civitas) ob id dicta, decreto ac voluntate FRIDERICI II Regis Daniæ à Tychone Brahæo ædificari cœpta eſt Anno Chr. 1576 An. ætat. 30 & circa annum 1580 Aſtronomiæ inſtaurandæ gratia ſucceſſivis annis ex ædificata & abſoluta eſt, ut ut non paucæ aut leves interea obrepſerint difficultates & remoræ. Hanc n. Inſulam cum laudatiſſimæ memoriæ Rex FRIDERICUS II Tychoni Brahæo ad vitam conceſſiſſet, idq; literis in membrana datis confirmâſſet, qvò iſtic Aſtronomica competente otio perageret, ingentes labores & ſumptus in eam expendit Brahæus, ut optimi illius Regis voluntati & Patriæ honori inſerviret, non ſolum ædificiis ſplendidis & ſolidis in ea exſtructis; ſed & inſtrumentis motibus cœleſtibus accuratiſſimè obſervandis idoneis fabricatis, aqvisq; qvam plurimis (ubi nihil tale antea erat) hinc inde coacervatis, qvo moletrinam papyro parandæ idoneam unà iſtic ad littus maris conſtitueret, qvæ papyrum Typographiæ Brahæi ibidem excultæ ſuppeditaret, ne è Germania, non ſine difficultate, conqvirenda foret; cujus Typographiæ inſigne fuit ſeqvens, *qvod patet ex ultima pag. Epiſtol. Tych. Brahæi.*




Sic qvoq; in Stellæburgo extabat Emblema circa ſuperiorum inferiorumq; rerum connexionem repræſentatam figuris hieroglyphicis Philoſophorum duorum, qvorum alteri Cœleſtia ſcrutanti adſcriptum erat SUSPICIENDO DESPICIO ; alteri terreſtria, DESPICIENDO SUSPICIO : qvibus tam cœleſtem qvam terreſtrem ſeu Metallicam ſignificavit Aſtronomiam, *ut ſcribit Pet. Gaſſendus de Tyb.*

*Brahei vita lib* 2. *pag*. 58. *confer pag*. 149 *&* 188. Epitaphium qvoq; Brahæi hoc fuit:

Iam dudum ſurſum, nunc primum ſpecto deorſum;
Deſpiciens Mundum, ſuſpiciensq; Deum.
*Gaſſ. lib*. 6. *pag*. 198.

Brahæi vero Typographum fuiſſe Chriſtophorum Weidam manifeſtum eſt ex ejus Progymnaſm. *lib*. 2. Uraniburgi edito *pag* 467.

Uraniburgum hoc & in eo Tychonem Brahæum, non ſolum Mathematici & Literati celeberrimi, verum etiam Reges, Principes, Duces Sereniſſimi ac Illuſtriſſimi, nec non Nobiles generoſiſſimi, inviſerunt.

Iacobus n. VI Scotiæ Rex, celebratis prius Aſloiæ in Norvegia nuptiis cum Regis CHRISTIANI IV. Sorore, FRIDERICIQ; II filia, nomine Anna, ſub Novembris finem, poſtqvam menſe Martio in Daniam adventaſſet, cum ſuis Proceribus, magnoq; Nobilium Comitatu Tychonem Brahæum in Inſula Hvenna An. 1590. 20 Martii inviſit, ibiq; nova & admiranda Inſtrumenta Aſtronomica conſpexit, habuitq; eruditè cum eo ſermones de Argumentis variis, ac de mobilitate præſertim, qvam terræ Copernicus tribuit. *Iſac: Chronol*., *Gaſſend. Vita Tychon lib*. 4. *pag*. 105. 106., *Ion. Colding deſcript Dan. pag*. 117.

Eodem Anno (at ſecundum Aſlaci Chronol. An. 159.) circa ætatis ſuæ annum 14 Sereniſſimus Daniæ Princeps Chriſtianus, tunc Rex Electus, Tychonem Brahæum in Inſula Hvenna Uraniburgi, adhibitis ſecum, præter reliqvam Nobilitatem Aulicam, tribus Regni Senatoribus Primariis, qvi tunc gubernationi præfuerunt, inter qvos fuit Cancellarius Regius Nicolaus Caaſius vir apprimè eruditus Tychonisq; Brahæi peramans, inviſere non eſt dedignatus, cui Tycho Brahe tunc temporis dedit artificioſum αὐτόματον à ſeipſo adinventum & propriis ſumptibus conſtructum nempe Globum qvondam Orichalcicum inauratum, qvi rotulis interius ſolerter adaptatis ſponte revolvebatur, motumq; diurnum æmulabatur, & una Solis atq; Lunæ exhibebat contraria curricula è Polis Eclipticæ &c. qvem CHRISTIANUS IV poſt Brahe exitum è Patria conſervavit. Rex vero Electus, eum viciſſim torqve aurea peculiari artificio qvalem geſtare tunc ſolebat, pulchre elaboratâ & ſua effigie decoratâ clementer donavit, *teſte Tychone in mech*. B 1. Torqve etiam alia cum Elephantis caſtellum dorſo geſtantis ſimulacro, qvo Nobiles Dani &

de-

de Republ. præſertim benemeriti à Rege donantur, donatus eſt noſter Tycho à FRIDERICO II, *teſte Gaſſendo de vit. Tych. lib. 3. pag. 78. 81. & lib. 4. pag 116.*

FRIDERICI SECUNDI Regis Daniæ Socer Uldaricus Megapolenſis Dux una cum Elizabetha conjuge & fratris filio Duce Sigiſmundo fuit Anno 1586 in Dania, Uraniburgumq; inviſit, ac ſpectavit coram tum Aſtronomica Inſtrumenta, tum apparatum Pyronomicum (qvippe ipſe Uldaricus à multis annis deditus Chymicis ſtudiis fuerat) & deducente qvidem ipſa Daniæ Regina Sophia, qvæ parentis imitatione iisdem ſtudiis delectata, bis hoc anno mare trajecit, ut Tychonis laboratorium & operas contemplaretur, ipſi aliunde, qvibuscunq; in Au a potuit Officiis favens. *Gaſſend. de vit. Tych. Brah. lib. 3. pag 68.*

Wilhelmus Haſſiæ Landgravius, qvi per multos annos literis de rebus ad Aſtronomiam ſpectantibus cum Tychone certavit, etiam proficiſci in Daniam conſtituit Anno 1588, ut inviſendi Regis gratiâ, ſic Uranibu rgum qvoq; adeundi, omniaq; Organa & Tychonem ipſum Studioſosq; obſervantes ſpectandi: Qvod qvidem & Rex FRIDERICUS II reſcivit, & naves qvasdam adornari illi deducendo, tum Uraniburgum, tum ad Arcem magnificam recens extructam, Croneburgum vocatam mandavit, *teſte Gaſſend. de vit. Tych. lib. 3. pag. 82.*

Erneſtus Elector Colonienſis plurimum etiam Tychoni favit.

Henricus Iulius Brunsvicenſis Dux, qvi alteram FRIDERICI II Regis Sororem nomine Eliſam in uxorem duxerat, Tychonem Anno 1590 inviſit, *idem lib. 4 pag 119. 120, item lib. 6. pag. 196. Tych. Epiſt lib. 1 pag 256.*

Inſignis qvoqve Mathematicus Uratiſlavienſis, nomine Paulus Wittichius, eum in hac Inſula inſtrumentorum ſuorum ſpectandi gratia, Anno 1580 viſitavit, præ gaudioq; exiliit aſſerens ſe nunc rem accepiſſe, qvam multis annis prius incaſſum anhelaret, ſeq; vel eo nomine non fruſtra in Daniam veniſſe ſibi congratulabatur, qvi poſtea Caſſellas veniens Pinnacidiorum Qvadratorum rationem ibi obſervatam Landgravianis applicuit organis, diviſionemq; per transverſas lineas animadvertit, *teſte ipſo Tychone in mechanic. pag. 3. ab ult. lin. 13 & ſeqv. confer pag. 18. Gaſſend. de vit. Tychon. lib. 2. pag. 49. 50.*

Hic cum Sextantem chalybeum pro diſtantiis per unicum obſervatorem

torem dimetiendum apud Tychonem vidiſſet,eum poſtmodum illuſtriſſimo Principi Gvilielmo Haſſiæ Landgravio Caſſellis aperuit,qvi per ſuum artificioſum automatopæum tale mox inſtrumentum confici curavit alteratis qvibusdam, qvam ſtructuram poſtea etiam alii imitati ſunt. *Brah Mechan. in explicat. Sextantis dicti.*

Chriſtophorus Rothmannus (qvem Wilhelmus Haſſiæ Landgravius in Mathematicum Aulicum aſſumpſit ut præeſſet tribus ſtudioſis qvos cœleſtibus obſervationibus peragendis alebat Hvennam acceſſit, reddiditq; Tychoni literas a Landgravio, cujus adventu maxima lætitia affectus fuit Tycho Brahæus. Rothmannus porrò cum Tychone Auguſto ac toto Septembri moratus, organa ejus omnia diſpexit, obſervandiq; rationem pervidit: & qvæ apud Landgravium eſſent qvæq, apparerentur (Globusq; inprimis orichalcicus qvaternum pedum diametro) expoſuit,ac plurimis de rebus collocuti invicem fuere, accepitq; à Tychone remedia qvædam Spagyrica qvibus adverſus Nephritidem & Arthritidem uteretur. Dimiſit verò eum ipſisOctobris Calendis,literasq; ad Landgravium dedit.*Gaſſend. de vit. Tych. Brah. lib. 4. pag.* 110. *ad pag.* 114.

Jacobus Curtius à Senftena Sacr. Rom. Imp. Procancellarius prætextu negotii Cæſaris nomine agendi venit in Daniam An. 1594. ut Tychonem coram affaretur, apparatumq; obſervatorium ſuis hauriret oculis.Cum qvo Tycho, providens fore ut mutare ſedem cogeretur,eam rem communicavit & Curtius recepit ſe ea de re ita cumCæſare acturum,ut aſylum ipſi tutum pararetur Qvin etiam ſi forte migratio inBohemiam contingeret,obtulit qvas Pragæ habebat ampliſſimas ædes, ac ipſi illarum ideam delineationemq; eo fine reliqvit, ut ſi qvid in iis immutandum addendumve, qvod commodum uſibus foret, judicaret id & mature ſignificari & opportunè perfici poſſet. *Gaſſend. de vit. Tycho. lib.* 4.

Joannes qvoq; Mollerus Mathematicus Brandenburgicus tempore Coronationis Regis CHRISTIANI IV Tychonem in Hvenna inviſit ſed non ſatis pro voto morari cum ipſo potuit; qvi, cum deinceps Regina fuit Brandeburgo deducta, in Daniam ſeſe in comitatum dedit, & non reperto illeic Tychone ad eum in Holſatiam deflexit. *Idem lib. 5. pag.* 153. *confer ibidem pag.* 165.

# NOTARUM EXPLICATIO.

*A. Domus præcipua in ipſo meditullio totius capacitatis extructa, & per qvatuor ſua latera æqvale qvadratum efficientia in 4 Mundi plagas exactiſſimè vergens, ita ut duæ turriculæ Meridiem & Septentrionem, ambæ vero valvæ Ortum & Occaſum exqviſitè reſpiciant. E Porta orientalis opere ruſtico & Tuſcano compoſita. D. Porta Occidentalis, eodem opere elaborata. Habuerunt a hæ binæ portæ ſuperius duos Canes Majores Anglicanos excubitores inconvenienti domuncula, ut undiq adventantes latratu indicarent. B Officina Typographica, majoris domus Idæam parva forma qvodam modo referens. C. Domuncula pro miniſtris, etiam majorem domum, qvoad frontiſpicia, & qvædam alia repræſentans. F. Interior valli facies G. Exterior ejus forma cum ſua diſpoſitione. N. Qvatuor viæ verſus ambas portas & utramq domunculam ducentes, qvæ in 4. mundi plagas ad amuſſim excurrunt O Qvatuor Januæ hortorum. M. Pergulæ 4 in illis ſemicircularibus vallis amœnitatis gratia diſpoſitæ L. Horti herbarum & florum H. Horti arborum varii generis numero circiter trecentarum &c. Atq; hæc eſt totius capacitatis deſcriptio. Habet a. valli ambitus figuram qvadratam, in medio ſemicirculari intertextam, ut in antecedente deſignatione patet. Singula vero qvadrati latera continent pedes 300. Craſſities valli fundamentalis eſt pedum 20. Altitudo ejus 2. pedum. Diameter verò Semicircularis Valli interior eſt pedum circiter 90, Domus ipſa in medio ſita. qvæ etiam exactè qvadrata eſt, habet in Singulis lateribus circiter pedes 60 Altitudo muri 45 pedum Turres verò rotundæ à meridie & Septentrione appoſita habent 2? pedes in Diametro, qvibus ambitus exterius adhærentes addunt pedes 10 Porticus ab Oriente & occidente inferius Qvadrati habent 15 pedes in qvolibet latere Tota altitudo domus à terræ ſuperficie usq; ad Pegaſum ſupremum eſt pedum 75. Domus etiam ipſa qvaqva verſum patet, hypogæa habet ædificia qvorum profunditas eſt pedum 12. Imo & qvædam alia ſunt infra hæc. Iſto verò ſubterranea cum ſint, hic non repræſentantur utut multis conſtent diſcriminationibus & in varios uſus ordinata ſint, qvæ etiam magnis ſumptibus, & pene non minori qvam ſuperior domus pars, qvæ ultra terræ planitiem extat, ac ſub diu patet, conſtructa ſunt.* Vide Gaſſend. de vit. Tychon lib. 2. pag. 34.

## URANIBURGI PRÆCIPUÆ DOMUS ORTHOGRAPHIA.

# NOTARUM EXPLICATIO.

*A. Janua Orientalis ex Jonico & Dorico opere compoſita. B. Cœnaculum hybernum. F. Lapis ille fundamentalis, qvem poſuit Legatus Gallicus. G & H. Feneſtræ cellæ ſubterraneæ. C. Camera pro hoſpitibus. Suntq; verſus occaſum duæ ſimiles. M. Muſæum cum Bibliotheca. L. Laboratorium Chymicum ſubterraneum & rotundum, continens 16 varias fornaces Arti Spagyricæ deſtinatas. I. Foramen per qvod demittuntur carbones pro laboribus Pyronomicis. Z. Cella ſubterranea pro reponendis lignis, qvaſi coqvina. D. Camera vocata rubea. a. Camera flava octogonalis. E Camera Cœrulea. His trib. reſpondet verſus occaſum Cœnaculum majus æſtivum viridi colore, & in Tabulato herbarum præcipuarum picturis exornatum, unde Navium, æſtivo præſertim tempore præternavigantium ingens numerus jucundè proſpicitur X. Feneſtræ ſuperioris contignationis. O. Obſervatorium majus meridionale, aliqvot inſignes & majores machinas Aſtronomicas continens, præſertim Semicirculum Azimuthalem, Regulas Ptolemaicas, ſextantem Orichalcicum pro Altitudinibus capiendis, Qvadrantem orichalcicum mediocrem Azimuthalem P. Globus qvidam cui imponitur inſtrumentum inter obſervandum diſtantias Stellarum, ut fulcri loco ſit, qvo in eo ad omnes plagas convolvi poſſit, huic ſimilis verſus occaſum reſpondet. Q. Ambitus Octogonalis, in qvo ſitus eſt Globus prædictus. N. Obſervatorium minus Meridionale Armillas Æqvatorias capiens undiqvaqve Orichalcicas. W. Deſcenſus in laboratorium & aſcenſus in Obſervatorium. R Obſervatorium majus Septentrionale, aliqvot etiam magnis inſtrumentis refertum, utpote Regulis ſive Parallactico majore Orichalcico, qvod in muri circumferentiâ Azimutha etiam monſtraret. Erat qvoq; in eadem Turri Sextans per unicum Obſervatorem diſtantias præbens: & arcus ille bipartitus, atq; illud inſtrumentum cujus in obſervandâ novâ Stellâ olim uſus erat. Conſervabatur etiam ibidem Parallacticum qvoddam ligneum à magno illo Copernico qvondam in uſu habitum. S Obſervatorium minus Septentrionale, alias Armillas Æqvatorias continens. T. Alius Globus ſimilis priori fulcri loco imponendis Sextantibus inſerviens, cui etiam verſus occaſum ſimilis reſpondet. In loco a. ſuperiore ipſius domus, ubi feneſtræ rotundæ viſuntur, octona cubicula ſunt pro Studioſis. Suprema Camera Octogonalis proximè infra cuſpidem Domus, ex qva undiq; patet proſpectus, habens in circuitu ambitum, qvem Galleriam vocant, ſupra ipſum tectum. γγ. Structuræ Octogonales, in qvibus imagines exciſæ 4. Anni partes referentes conſpiciuntur. ββ. Septem Camini in unum deſinentes verſus auſtrum, & alii ſeptem verſus Boream ita ut omnes Camini totius domus in duobus locis diſtinctim concurrant. N. Horologium, cujus campana ſ. ſuperius pendet. λ. Pegaſus auratus, qvi verſatili indice, infra tabulatum ſupremæ Cameræ oſtenditur. Unde venti ſpirent, ibiq; alius Index in eodem centro volubilis horas monſtrat. Talis eſt exterior facies domus, ſive ab Oriente ſive ab Occaſu ſpectetur, & ſi Meridionalem partem qvis cum ſeptentrionali conferat, eandem etiam inveniet formam, ita ut omnia ſibi invicem correſpondeant, & competente Symmmetria conſtent, prout in Architectonicis, ſi artificioſè & de-*

*debito modo conficienda ſunt, reqviritur. Qvin & ſubterranea, qvæ punctatis lineolis inferius conſpiciuntur, ſic ſunt accipienda. Infra turrim Auſtralem qvicqvid cernitur, laboratorium Pyronomicum qvoad fieri potuit, exprimit; ubi 1. Menſa eſt rotunda in ejus meditullio ſita: in qva reponuntur ea, qvæ præparanda ſunt. Numerus. 2 furnos varii generis circumcirca diſpoſitos utcunq; repræſentat. Erantq; num: 16 Tria balnea diverſimoda. Unus digeſtorius in cinerib. qvatuor magni athanores, duo parvi, duo furni deſtillatorii in arena vel cinerib. Unus pro veſica magna, duplicibus canalibus adaptata. Alius ſecretus furnus cum lampadibus. Duo reverberatorii furni, qvorum unus in directum, alter per lineam Helicam tam apertè qvàm clauſè reverberabat. Eratq; major fornacum pars è lapidibus foſſibilibus è Norvagia allatis, qvos Bergenſes vocant: ſiqvidem hi ignem fortiſſimum ſuſtineant, & affabre elaborari qveant. Sed ſingula, qvæ in hoc erant laboratorio, ſi exponenda forent, non paucis abſolveretur. Qvæ infra ipſam majorem domum deſignata ſunt, Cellas, repoſitoria & penu indicans ſubterranea. Ubi januæ per qvas hinc inde fit ingreſſus. Num. 3. Columnæ a. ſuſtentaculi loco diſpoſitæ num 4. notantur. Sub Boreali Turri juxta num 5. Puteus ille Cementitius cernitur 40 ulnas profundus: cujus poſtea in Ichnographia ulterior ſit mentio Numero 6. Ciſtæ ſunt Cementitiæ, in qvibus edulia qvædam conſervabantur. Cætera partim figura exprimit, partim ſubintelligenda veniunt.* Vide Gaſſ. de Vit. Tycho. lib. 2. pag. 35.

## URANIBURGI PRÆCIPUÆ DOMUS ICHNOGRAPHIA.




NO-

# NOTARUM EXPLICATIO.

*A Janua Orientalis. C. Occidentalis. Θ. Tranſitus 4 ad angulos rectos concurrentes, qvi tamen poſtea in tres redacti ſunt, ut Cœnaculum Hybernum ſive hypocauſtum. D. Ampliaretur atq; in ejus angulo poſt fornacem parvum qvoddam & ſecretum laboratorium Spagyricum eſſet, in qvo tamen qvinq; diſtinctim erant furni, qvi promptius ad manus iſtic operi Pyronomico inſerviebant, ne ſemper in majus illud deſcendendum foret. B Fons aqvarium volubilem rotans, qvi aquas hinc inde cum lubuit in ſublime ejaculabatur. D. Coenaculum illud hybernum. E. F. G. Cameræ pro hoſpitibus L Gradus pro aſcenſu in ſuperiorem contignationem. H. Coqvina. K Puteus commentitius 40 ulnas profundus, artificio hydraulico ſerviens & aqvas per ſiphones hinc inde occultè per murum tranſeuntes in Singulas Cameras tam ſuperiores qvàm inferiores diſtribuens. P. Gradus pro deſcenſu in Laboratorium Chymicum. T. Bibliotheca. W. Globus magnus Orichalcicus V. Qvatuor menſæ pro Studioſis. 4. Camini tam è laboratorio inferiori aſcendentes, qvæ ... qvatuor angulis conclavium Y Lecti in iisdem conclavibus hinc inde ... cætera actus inſpector propria intentione facile diſcernet. Intelligenda ... hæc omnia in ea qvantitate, veluti fundamento majoris domus ſupra depictæ qvadrare poterunt: Licet hic coarctationis loci gratiâ in duplo quaſi minori forma exhibeantur.*

Stellæburgum, Danica lingva Stiernburg, qvod & Germanis ferè idem, fuit Tychonis Brahæi obſervatorium qvoddam ſubterraneum à ſe ipſo non modo ita aptum, verum etiam circa Annum 1584 in colle qvodam extra Arcem Uraniburgicam verſus meridiem 70 circiter paſſibus minoribus à vallo remoto, cryptis diverſis è ſolido muro ab imo ad ſummum extructis labore & ſumptu non modico confectum, partim ut in eo qvædam ex præcipuis inſtrumentis tutò & firmiter diſponeret, ne ab ullis ventis qvidpiam diſturbarentur atq; commodius uſui inſervirent, partim ut ſtudioſos ſuos, cum plures adeſſent a ſe invicem disjungeret, qvibusdam in ipſa Arce, qvibusdam vero in hiſce cryptis obſervationes exeqvendas præmonſtraret, ne ſibi invicem impedimento eſſent aut obſervata priusqvam vellet, inter ſe conferrent. Occaſio hujus rei fuit hæc. Etſi in ipſa principaliore Arcis Uraniburgicæ domo Turres verſus Auſtrum & ſeptentrionem conſtitutæ, cum ſuis appendicibus hinc inde extantibus pro non paucis inſtrumentis, utut amplis iſtic commodè diſponendis ſufficerent tamen cùm ſucceſſive certis de cauſis plura adhuc confieri curaret Brahæus, qvæ non ſatis competenter iſtis continerentur ſpaciis, ut unicuilibet ſuus uſus ſine alterius obſtaculo conſtaret, hoc Stellæburgum ædificari curavit.

## STELLÆBURGI ORTOGRAPHIA.



NO

# NOTARUM EXPLICATIO.

*A. Portale ex Ionico opere compoſitum, per qvod fit deſcenſus in Cryptas hujus obſervatorii, ſuperius habens tres Leones coronatos affabre exciſos, & hinc inde lapides Porphyrios, qvi inſcriptiones inſertas exhibent. B Rotundum laqvearium, ſub qvo Hypocauſtum, in qvod undiq; è Cryptis ingreſſus patet C. Crypta pro Armillis Æqvatoriis majoribus numero* 14 *delineatis. D. Crypta pro Qvadrante magno volubili appellato. E. Crypta pro Armillis Zodiacalibus. F. Crypta pro magno Qvadrato Geometrico Chalybeum interius Qvadrantem continente. G. Crypta pro Sextante Qvadricubitali in ſuo fulcro & Globo convolubili. Hæc qvoad Cryptas ipſas breviter indicata ſunt.*

*Exterius in area hujus Capacitatis Stellæburgicæ columnæ lapideæ.* H *I. Utrinq; ad Ortum & Occaſum diſpoſitæ, pro Regulis Ptolemaicis imponendis, qvàm Armillis minoribus portatilibus, qvando reqviritur ſuſtinendis. K. L. N. O. Globi fulcris ſuis incumbentes, & dicta areâ nonnunqvam diſpoſiti, ut iis ſextantes ad qvemcunq; Stellarum ſitum collimandum reclinentur M. Menſa lapidea & rotunda, Qvadranti portatili, & aliis minoribus Inſtrumentis in ea, cum libuerit, conſtituendis, ut Obſervationibus commodè inſerviant, deſtinata. Reliqva oculatus & intelligens conſiderator per ſe animadvertet.* Vide Gaſſ. de Vit. Tych. lib. 2. pag. 36. 37.

## STELLÆBURGI ICHNOGRAPHIA.




# NOTARUM EXPLICATIO.

*A. Veſtibulum qvo per gradus Obſervatorium ſubintratur. B Hypocauſtum qvadratum C. Crypta pro Armillis maximis Æqvatoris D Pro Qvadrante Volubili. E Pro Armillis Zodiacalibus F. Pro Qvadrante Chalybeo magno habente exterius Qvadratum Geometricum etiam Chalybeum. G Pro Sextante Qvadricubitali Globo ſuo convolubili impoſito. H. H. Columnæ lapideæ ad occiduam plagam diſpoſitæ I I. Aliæ columnæ lapideæ Orientem verſus locatæ. K. L. N. T Globi fulciendis Sextantibus Aſtronomicis extrapoſiti. M. Menſa rotunda Saxea. O Lectus, in qvo aliqvando inter obſervandum Tycho reqvievit, ſi forte continua ob nubium interventum non concederet ſerenitas. Q. Alius ſimilis & amplior in eundem uſum pro ſtudioſis. P. Fornax V. Menſa. S. Initium Subterranei meatus qvem infra vallum, atq; hortum in Arcem aliqvando inq; laboratorium Pyronomicum deducere animus erat. Inchoatus enim eſt, ſed non abſolutus Exterior area cum ſua Galleria habet in qvolibet ſui Qvadrati latere; qvatuor Mundi plagas reſpiciente, pedes ſeptuaginta. Diameter vero ſemicirculi medio loco intercepti eſt pedum viginti qvatuor. In duobus*

*a An-*

*a Angulis hujus Qvadratæ areæ verſus Notapelioten & Notolybicum Thecæ qvædam oportunæ ſunt, in qvibus majus illud Inſtrumentum Semicirculare, qvo diſtantiæ ſiderum ultra Qvadrantem capiuntur, tum qvoqve Sextantes alii, ſimiliaq; Organa mobilia, qvorum uſus non ſemper reqviritur, ſarta tecta conſervabantur qvemadmodum etiam ad angulos Borrhapelioten & Porolybicum qvædam alia ſuo tempore diſponere conſtituerat.*

Inter Uraniburgum & Stellæburgum An. 1596 oblonge ſubterraneæ viæ Crypta inchoata qvidem ſed non abſoluta eſt, *qvod patet ex Epiſt. Tychon. pag. 257.*

In Uraniburgo ut & Stellæburgo Tycho Brahe varia Inſtrumenta, Aſtronomiæ inſtaurandæ gratia, fieri curavit, qvæ aliqvot millium aureorum & ſane plurium qvam credi poſſit, expenſas conſtituerunt, & fuêre numero 28.

Inter hæc extabat Nicolai Copernici Parallacticum è lignea materia conſtans, qvod Copernicus ipſe propriâ ſua manu feciſſe ac uſurpâſſe dicitur. Hoc verò ex Pruſſiæ Fruembergo, ſeu potius Cathedrali ejus ſede Warmia, ubi olim vixerat Copernicus, à nobili & erudito Viro D. Joh. Hannovio Canonico Warmienſi Tychoni dono miſſum eſt per Eliam Olai Morſianum, unum è Studioſis Tychonis qvem Tycho Levino Bylovio Georgii Friderici Marchionis Anſpachenſis apud Daniæ Regem Legato in Comitatum Anno 1584 dedit, cum inſtrumento idoneo qvo Fruembergi poli altitudinem ſcrutaretur. In hoc Copernici Parallacticum, aliàs Regulæ Ptolemaicæ dictum, ſeqvens Tychonis Brahæi hexametrum ſcriptum eſt An. 1584 die 23 Jul. qvo illud inſtrumentum nactus eſt, qvod olim in Tabella prope idem inſtrumentum appenſa legebatur.

*Is qvalem non Terra Virum, per ſecula multa*
*Procreat, Invidiâ tardans qvæq; optima, qvalem*
*Ipſa ſibi vix, Aſtra ferunt, per mille recurſus,*
*Tot Centrisq;, Polisq; licet, totq; Orbibus Orbem*
*Tam rapido involvant curſu, nec laſſa fatiſcant:*
*ILLE Is, qvi Cœlo genitus, Cœleſtia Terris*
*Progenuit, ſed partu alio, qvàm priſca Parentum*
*Fert veterum ſoboles, Cœlo nec forſitan ipſi*

De-

*Degeneri, Patriæ proprios ſub imagine vultus,*
*Sed magis atq; magis referente, qvod omnis Olympi*
*Teſtatur facies, Vulgi licet inſcia turba*
*Non videat, qvidnam revolutis congruat Aſtris.*
*ILLE &, qvi Cœlo poterat deducere ſolem,*
*Ac prohibere loco, Terrasq; involvere Olympo,*
*Et Lunam Terris, Mundiq; invertere formam,*
*Ne qva parte tamen, qvamvis converſa, dehiſcat,*
*Sed concinna magis, longeq; minoribus uſa*
*Subſidiis, moti referat Spectacula Cœli.*
*ILLE, inqvam, tantos olim COPERNICUS auſus,*
*His levibus Baculis, facili licet arte paratis,*
*Aggreſſus, toti leges præſcribere Olympo,*
*Aſtraq; celſa adeo vili ſubducere ligno*
*Suſtinuit, Superum ingreſſus penetralia, nulli*
*Qvàm propè Mortali conceſſum ab origine mundi eſt.*
*Qvid non ingenium ſuperat? ſunt montibus olim*
*Incaſſum Montes congeſti, Pelion, Oſſa,*
*Æthnaq; teſtantur, ſimul his glomeratus Olympus,*
*Innumeriq; alii, nec dum potuiſſe Gigantes*
*Corpore prævalidos, ſed Mentis acumine inertes,*
*In ſuperas penetrare domos. ILLE inclytus. ILLE*
*Viribus Ingenii confiſus, robore nullo,*
*Fuſtibus his parvus, celſum ſuperavit Olympum.*
*O tanti Monumenta viri! ſint lignea qvamvis;*
*His tamen invideat fulvum (ſi noſceret) aurum.*

Lapis angularis porphyrius conſtitutus verſus ortum in majori domo à Carolo Danzæo Regis Galliarum Legato ( qui Senex & rerum bonarum ſtudioſiſſimus fuit ) hanc habet inſcriptionem.

REGNANTE IN DANIA
FRIDERICO II.
CAROLUS DANTZÆUS AQVITANUS R. G. I. D. L ( ɔ: REGIS GALLORUM IN DANIA LEGATUS) DOMUI HUIC PHILOSOPHIÆ, INPRIMISQ; ASTRORUM CONTEMPLATIONI REGIS DECRETO A NOBILI VIRO TYCHONE BRAHE DE KNUDSTRUP EXTRUCTÆ, VOTIVUM HUNC LAPIDEM, MEMORIÆ ET FELICIS AUSPICII ERGO. P. ANNO M. D. LXXVI, VI. ID. AUGUSTI.

Hæc inſcriptio annotata legitur ab ipſo Tychone Brahe in ſuis Mechanicis pag. 3. ab ult. ubi eam diductus explicat hiſce verbis : *Poſuit Arcis Uraniburgicæ primum fundamentalem Lapidem, Sereniſſimi & Potentiſſimi Galliarum Regis in Dania plurimis annis Legatus Magnificus Dominus* CAROLUS DANZÆUS, *vir integritate, virtute & rerum uſu nulli ſecundus, & Doctrinis inſuper liberalibus præclarè imbutus : qvi cum me Singulari & conſtanti amore, qvàm diu vixit (obiit enim ante Octennium ætatis anno Octuageſimo primo) proſecutus fuerit, mihi & meis rebus plurimum ſemper favebat. Et ſimul ac domum hanc conſtruendam intellexit, ſe primum lapidem angularem iſthic collocaturum ſponte addixit. Moxq; in Phorphyrio qvodam Saxo hanc prædictam inſcriptionem exſcindi curavit. Cum verò dies is, fundationi deſtinatus, inſtaret, acceſſit Optimus ille Danzæus, comitatus aliqvot Nobilibus viris, tum qvoq; qvibusdam doctis ex amicis connibus, qvi huic actui intereſſent : & die Octavo Auguſti manè exoriente Sole unà cum Jupiter juxta cor ♌, Lunâ occiduum cardine in ♒ occupante, in omnium noſtrum præſentia lapidem eundem locavit, litando prius ſolemniter vinis diverſis, & fauſta qvæq; precando, ſuffragantibus iis, qvi circumſtabant amicis. Conſtitutus a. eſt hic lapis in angulo domus orientali verſus Notapelioten. Hæc ille.*

Hoc etiam hi verſus teſtantur, fundamentali Uraniburgi lapidi inſculpti :

TEMPORE, QVO REGNUM, QVI NOMINE. REQ; SECUNDUS
DANORUM IMPERIO REX FRIDERICUS HABET

CAROLI AD DANOS GALLI LEGATIO REGIS
DANZÆUS, QVEM ORBIS TERRA AQITANA TULIT(*)
HUIC DOMUI URANIÆ, ET SOPHIÆ, QVAM TYCHO BRAHORUM
CLARA STIRPE SATUS, REGE JUBENTE STRUIT.
HUNC LAPIDEM AUSPICIO FELICI UTQVE OMNE PER ÆVUM
AUGUSTI, ID MEMORET LUX MODO SEXTA, LOCAT.

(*)*Gaſſend. in Vita. Tych. pag.* 260. *ita legit*:
DANZÆUS, PATRIA CUI EST AQVITANE SOLUM.

Orientalis autem Janua infra Philoſophum Aſtronomicum è ſolido marmore ſuperius extantem, hunc verſum habet Pſalmi Davidici:

Cœli narrant Dei gloriam, & opus manuum ejus oſtendit firmamentum.

Occidentalis habet eodem modo alium Philoſophum terreſtria ſcrutantem, infra qvem etiam ex Pſalmis Davidicis hæc reperitur inſcriptio.

Domini eſt terra & plenitudo ejus, orbis terrarum & omnes ejus incolæ.

## ALIA QVÆDAM.

Anno 1590. 20 Martii(qvo tempore SereniſſimusRex Scotiæ Tychonem Brahe Uraniburgi inviſit) exarabat Regiæ ſuæ Majeſtatis Cancellarius Jo. Metellus ibidem hoc μνημόσυνον.

*Regia Muſarum, decus orbis, & æmula Olympi*
*Alma domus, dignum nomine Numen habes.*
*Qva Sophiæ, aut mirum Babylonia, Græcia, Memphis*
*Priſca habuêre, habet hic unus, & una domus.*

ITEM

*Nil mirum Alciden cœlum ſubiiſſe ferendo*
*Aut puerum raptu detinuiſſe DEOS:*
*Uraniam in terras celſo, qvi eduxit, Olympo*
*Qvantus! & ὀυρανίοις annumerandus erit.*

Eſt & hoc, ut putatur ejusdem.

*Vidit, & obſtupuit Rex Hvennam Scoticus almus;*
*Miratus Clari tot monumenta Viri.*

Qvàm verò lætus JACOBUS REX abierit à Tychone, teſtari poteſt, non tam qvod Regiis muneribus illum donaverit, qvàm qvòd triennio poſt rem expreſſerit eo Privilegii diplomate, qvod ad Tychonem in annos 30 circa operum editionem miſit.

*Neq; enim, inqvit, nobis ex aliorum relatione, aut nuda operum tuorum inſpectione iſta diſcenda fuerunt, verum ipſi coram noſtris oculis, auribus noſtris αὐτόπτοι, καὶ αὐτήκοοι, in tuis illis Uraniæ dicatis ædibus ea vidimus, ea audivimus, variisq; literatiſſimis atq; jucundiſſimis tuis nobiſcum habitis, ſermonibus hauſimus, qvæ etiamnum animum noſtrum ita afficiunt, ut majore necum voluptate, an admiratione iſta nobiſcum recolamus, difficile ſit ſtatuere. Qvod eqvidem nos non illubenter omnibus mortalibus, præſentibus, futuris, hoc diplomate teſtamur; usq; adeo ut ſiqvis de induſtria Uraniburgum tuum adire velit, niſi prorſus ἄχρωνος ſit, domum reverſus, operæ pretium ſe retuliſſe comperiat.*

Qvia verò TYCHO petierat qvoq; abs Rege qvædam Carmina, (is qvippe eruditè Latina condebat) ut illis appoſitis progymnaſmata condecorarentur; ideo Rex fecit, & propria manu, prout ille rogârat, ſcripſit, miſitq; hujuſcemodi:

*Æthereis bis qvinq; Globis, qveis Machina mundi*
*Vertitur, ut celſo eſt cruſtatus fornice Olympus*
*Ignibus, & pictus fulgentibus undiqve lychnis:*
*Pellucent vitreis domibus vaſtisq; planetæ*
*Orbibus ut geminant curſus, vi, & ſponte rotati,*
*Ut miti aut torvo adſpectu longè antè futura*
*Præmonſtrant, Regnisq; tonnas qvæ fata volutet;*
*His tellure cupis, qvæ vis, qvis motus, & ordo*
*Cernere: ſublimem, deductumq; æthera terræ*
*Tychonis pandunt operæ: lege, diſce, videbis*
*Mira: domi mundum invenies, cœlumq; libello.*

Aliud

*Qvam temerè eſt auſus Phaëthon, vel præſtat Apollo,*
*Qvi Regit ignivomos æthere anhelus eqvos:*
*Plus Tycho: cuncta Aſtra Regis, tibi cedit Apollo;*
*Charus & Uraniæ es Hoſpes, alumnus, amor.*

*Tychon Progymnaſmat. lib. I. pag. 8. & Gaſſend. de Vit. Tychon. Brah. pag.* 105. 106.

## TYPOGRAPHIÆ.

*Urania ingenuo & celſo molimine parte*
*Imprimeris manuum ſic ne labore labos?*

*I, mundiq; diu vaſti pete Regna, ſuperſtes*
*Succeſſus tribuat conditor Uraniæ.*

In Muſeo.

NON HABERI, SED ESSE.

Sub Baccho.

STULTITIA IN VINIS, FERVOR IN IGNE FURIT.

Sub Sole aureo.

CALOR ET COLOR OMNIA PANDIT.

Dictum Platonis:

UNUM EST NATURÆ VINCULUM DOCTRINA NUMERORUM FIGURARUM ET MOTUUM COELESTIUM.

Ad fornacem.

IN MVNDO
CALLET CALLIDVS CALET
IMMVNDO.

Circum ſpeculum opticum.

EXTERIORA PATENT, INFERIORA LATENT.

Supra Januam Hypocauſti.

DOMI { LATERE CONSPICI / CONSPICI LATERE } FORIS

Supra tectum in qvatuor anni tempora.

VER.

*Ver, Juvenis tepet, & variis ſe floribus ornat.*

ÆSTAS.

*Æſtas, vir torret, fruges pratumq; reſcindit.*

AUTUMNUS.

*Autumnus ſenior madet, & ſibi congregat intrò.*

HYEMS.

*Brumaq; decrepitus friget parcitq; potitis.*

In ambitu Horologii.

*Me Tycho Brahorum ſoboles, teſtarer ut horas,*
*Impoſuit celſis ædibus Urania.*

Alia

Alia.

*Hoc Vallum, & molendinum papyraceum cum omnibus a ljunctis artificiis, & ſuperius diſpoſitus piſcinis, hic ubi nihil tale antea extitit, inſtinctu, ordinatione & ſumptibus prius, patriæ, ſibi & poſteris,*

*Tycho Brahe O. F. de Knudſtrup F. F.*

*Incepit anno 1589 complevit 1590.*

Symbolum Sereniſſimi Regis Scotiæ manu adſcriptum Anno 1590. XX. Martii.

EST NOBILIS IRA LEONIS
PARCERE SUBJECTIS, ET DEBELLARE SUPERBOS.

JACOBVS REX.

Symbolum Eliſabethæ Reginæ Sereniſſ. manu adſcriptum 1586. 28 Jun.

GOTT VERLESST DIE SEINEN NICHT.

Hiſce adjungo ſeqventia.

Circa arma Tych. Brahæi
Libris Uraniburgi editis & compactis impreſſa.

ARMA GENUS FUNDI PEREUNT: DURABILE VIRTUS
ET DOCTRINÆ DECUS NOBILITATIS HABENT.

Circa effigiem Tych. Brahæi
Libris ibidem editis & compactis impreſſam.

HIC PATET EXTERIOR TYCHONIS FORMA BRAHÆI
& PULCHRIUS ENITEAT QVÆ LATET INTERIOR

Sub Pyramide tegumento qvodam cooperta ad effigiem ejus qvæ in Auguſtiſſimi Regis Daniæ FRIDERICI III Bibliotheca hodie reſervatur depictâ hæc legitur Inſcriptio:

STANS TEGOR IN SOLIDO VENTVS
FREMAT IGNIS ET VNDA.

VANDESBECHI
AN. M.IↃXCVII QVO POST DIUTINUM IN PATRIA

EXILIUM DEMUM PRISTINÆ LIBERTATI RESTITUTUS FUI

TYCHO BRAHE OT.

Huic Brahæi Emblemati convenit Oligeri Roſenkranzii de Roſenholm Carmen qvod ille ad Tych. Brahæum Vandesbechi commorantem ſcripſit, qvodq; præfationi Mechanicorum Aſtronomiæ inſtauratæ Noribergæ 1602 editorum adjunctum ita ſe habet.

*Urania abſtruſos, qvamvis neglecta, receſſus,*
*Qvos habitare datur magnis celſo Æthere Divis,*
*Ignotasq; vias cœli motusq; perennes*
*Dum noviſſe ſinit, tibi TYCHO, ea ſacra recludens,*
*Circum qva celſos agitari conſpicit axes,*
*Nilq; morata tamen turba inſcia & invida, ſannis*
*Excipit, ac ſtolido nec dum perſpecta ſtupore*
*Vellicat, exagitat fraudes meditatur & aſtus;*
*Injuſtasq; ſtruit technas, infandaq; vibrat*
*Tela. ſed in ſolido ſeſe infringentia ſcuto,*
*Illuſtres qveis forte qveat turbare labores.*
*Sufficit aſt ipſi ſibi, ſemper ut undiq; virtus,*
*Nec nugas moresq; hominum cunctatur inanes.*
*En modo Divinis (mirum) conformia ſacris*
*Organa producis, qvibus altum, ſubdere Cœlum*
*Ingenio potes ipſe tuo Procul ite Prophani:*
*Sunt hæc virtutis, ſunt Gorgonis æmula vultus,*
*Sunt majora etiam: nec enim, qvæ lucida, curant.*
*Aut qvibus extimulant, pravas malè conſcia mentes*
*Invidia atq; odium: Tandem hæc concuſſa vel ipſo*
*Obtutu ceu Saxa, ſtupentq; ſilentq; rigentq;.*
*Qvin etiam ignaros, qvibus hæc adeo Enthea ſordent,*
*Qvis neget & truncos, hominisq; in corpore belvas?*
*At te TYCHO imis ſuperum penetralibus infer;*
*Qvodq; facis, Mundi, ex alto deliria ride*
*Immundi, ſtrepitusq; humiles, & neſcia Sortis*
*Pectora qvam Divi diſpenſant tramite juſto,*
*Stansq; vado fluctus Imbres & flamina temne.*

OLIGERVS ROSENKRANZIVS
G. F. de Roſenholm. F.

Luna

Luna qvoq; Hieraglyphico Uraniburgi ad Parietem depicto, noctu plena orbem ſuum liberè percurrens, ad Canis latratum contemptum, appoſite admodum reſpondit:

NIL MOROR NUGAS.

*Gaſſen. in Vita Tych. lib.* 4. *pag.* 119.

In Muſæo (ubi Tychonis Studioſi interdiu Studiis incubuerunt, & Operationes Aſtronomicas exercuerunt, ubi etiam ejus Bibliotheca olim reperiebatur, idq; in media contignatione rotundæ turriculæ verſus Auſtrum) Globus magnus (ex Orichalco, qvi in dimetiente ſex pedes continet) hodieq; in Academia Hafnienſi reſervatur qvondam conſiſtebat, qvi undiqvaq; ſelectis & denſiuſculis Orichalci laminis obductus eſt idq; adeo induſtriè ac ſi ex ſolido metallo fuſus foret & exqviſita etiam undiqvaq, conſtat rotunditate. Qvin & ſinguli Gradus tam in Æqvatore qvam in Ecliptica, per puncta transverſalia in Sexaginta minuta ſunt ſubdiviſi. Habet n. in diametro 6 pedes: Et meridianus, in qvo gyratur, ex integro chalybe eſt, cujus qvoq; gradus univerſi in Singula minuta diſtribuantur. Horizon Orichalco ſpitamum lato ſupernè obductus eſt, habens gradus ſuos Azimuthales. Fulcrum vero qvod circiter 5 pedes altum eſt, affabre factis ferramentis ritè connectitur, ita ut Globum convenienter ac firmiter ſuſtinere poſſit, in qvo etiam varii artifices Mathematici inferius ornatus gratiâ depicti conſpiciantur. Huic a. globo in exteriori Horizontis limbo, oculis primum obvio, aureis literis ſic circum ſcriptum eſt.

ANNO A. CHRISTO NATO CIƆ.IƆ.XXCIV. REGNANTE IN DANIA FRIDERICO SECVNDO, HUNC COELESTI MACHINÆ CONFORMEM GLOBUM, IN QVO AFFIXA OCTAVÆ SPHERÆ SYDERA COELITUS ORGANIS DEPREHENSA, SUIS QVÆQVE LOCIS AD AMUSSIM REPRÆSENTARE: ERRANTIUMQVE STELLARVM PER HÆC APPARENTIAS PERVESTIGARE DECREVIT: COELO TERRIGENIS, QVI RATIONEM EAM CAPIVNT, MECHANICO OPERE PATEFACTO.

TY-

TYCHO BRAHE O. F. SIBI ET POSTERIS.
F. F.

*Confer pag. 238. 239. 240. 241. 242. 243.*

In hoc Muſæo parieti inter feneſtras Tabulæ appenſæ ſunt, in qvibus præſtantium aliqvot Aſtronomorum effigies depictæ cernebantur, utpote Hipparchi, Ptolemæi, Albategmii & Copernici. Inter alios a. verſus, qvos Tycho variis Effigiebus ſubjunxit, hæc qvæ Ptolemæi & Copernici Iconibus ſubnexa erant, hic annotabo;

## Carmen Elegiacum
IN
## CL. PTOLEMÆI ALEXANDRINI
EFFIGIEM,

factum à TYCHONE An. 1584. initio Octobris.

*Sic oculus, faciem, barbam, ſic membra gerebat*
*CLAUDIUS is, nomen cui PTOLEMÆUS erat.*
*Ille qvidem illuſtri Regum de ſtemmate cretus,*
*Nilus ubi irriguis prata pererrat aqvis;*
*Regali tamen hunc non eſt dignatus honore*
*Romanus toto Miles in Orbe furens*
*Id tulit invitus patienter, ſpemq; fovebat,*
*Se fore qvem major fortè maneret honos.*
*Nec fruſtratus in hoc, qvamvis Ægyptia Rura*
*Qvamvis Niliacas non reparavit opes.*
*Qvin privatus adhuc, majus qvam Roma gerebat*
*Imperium, toto major in orbe fuit.*
*Ille etenim terras, hinc qva calet India, donec*
*Ultima perpetuo Tyle nivoſa gelu eſt:*
*Europæ, Lybiæ atq; Aſiæ, latiſſima Regna,*
*Cuncta ſub exiguo diſpoſuit calamo.*
*Sola intacta fuit, noſtroq; cognita ſeclo,*
*America, eſt Latias qvæ neq; paſſa manus.*
*Nec contentus adhuc, celſum affectavit Olympum*
*Auſus in acceſſos exuperare Polos;*
*Et cœlum, & toto fulgentia ſydera cœlo,*
*Ingenio obtinuit ſuppoſuiſſe ſuo.*

Tunc

*I nunc Roma, tuos de Nilo extolle Triumphos,*
*Hic ſatus ad Nilum, te mage victor erat.*
*Tu partem Terræ ſuperaſti ſangvine multo,*
*Is totam, nullo ſangvine, ſolus habet:*
*Tu Cœlos non auſa unqvam conſcendere, at ille*
*Subdidit ingenio Sydera cuncta ſuo*
*Qvodq́; magis mirum, tua laus & fama ſepulta eſt,*
*Qva poteras alios vincere, victa jaces;*
*Ille perenne manens donec ſua ſidera cœlum*
*Poſſidet, æternum nomen in orbe geret.*

TYCHO BRAHE F.
Anno Domini 1584.
Kal. Octobr.

In
D. NICOLAI COPERNICI TORONENSIS EFFIGIEM, qvam ipſemet ſua manu è ſpecula depinxiſſe dicitur.

*Æthere ſublimi Terram comitante Diana*
*Currere, ne Phœbus poſtmodo pellat Eqvos,*
*Ipſe ſed in Mundi medio, ſolioq́; qvieſcens*
*Regali, hinc jubeat qvomodo Olympus erat:*
*Nil tamen ut terris habitantibus inde novetur,*
*Annus erat paribus, Noxq́; diesq́; rotis:*
*Nunc vaga commodius volvantur ſydera in orbem,*
*Multus is & vaſtus nil Epiclydus agat:*
*Qvod ſtent, qvod repedent, tardeq́; citoq́; recurrant,*
*Unica nam cunctis Terra voluta dabit.*
*Adde qvod innumera octavo ſplendentia Cœlo*
*Sidera, compoſito motu inhibere qveat,*
*Ille, vel invita tantos* COPERNICUS *Auſus*
*Qvi tribuit Terræ, Corpore talis erat.*
*Cur non ingenium potius depingitur? inqvis;*
*Parte aliqva cœlo pingitur ingenium,*
*Parte aliqva Terris: qvamvis Cœlumq́; ſolumq́;*
*Tam magno ingenio par nec utrumq́; fiet.*
*At Corpus; dices, ſpectatur imagine ſaltem*
*Dimidiâ, haud tanto ſufficiente Viro;*

*Ut* Sed-

*Scilicet; is totam qui geſſit in Æthera Terram,*
*Tota nec hunc totum Terra, vel ipſa capit.*

ALIUD IN EUNDEM COPERNICUM.

*Si robuſta adeo fuit Ingens turba Gigantum*
*Montibus ut montes impoſuiſſe qveat.*
*Hisq; velut gradibus celſum affectavit Olympum,*
*Qvamvis in præceps fulmine tacta ruit:*
*Omnibus his unus, qvanto* COPERNICUS *Ingens,*
*Robuſtusq; magis, Proſperiorq; fuit?*
*Qvi totam terram cunctis cum montibus, Aſtris*
*Intulit & nullo fulmine læſus abit.*
*Corporis hi ſed enim, temeraria bella movebant*
*Viribus, id poterat diſplicuiſſe Jovi:*
*Is placidus, cœlum penetravit acumine mentis,*
*Menti, cum Mens ſit Juppiter ipſe, favet.*

TYCHO BRAHE F. Anno 1584.
die 2. Octob.

Stellæburgum habebat veſtibulum portale ex lapide Gothico & opere Jonico, ſeu potius compoſito, ſcitè elaboratum, ſuper qvod tres ſculptiles Leones coronati, (qvorum medius & altior Hieroglyphicum ſceptrum duobus ſibi invicem orthogonaliter intra binos etiam circulos Triangulis tranſpoſitis conſtans, tenet) collocati ſunt; qvibus Hemiſtichium ſaxo peculiari exciſum ſubſcriptum erat:

NEC FASCES NEC OPES
SOLA ARTIS
SCEPTRA PERENNANT.

Infra hoc Hemiſtichium, ſtatim ſupra Januam, per qvam deſcendebatur, medio loco, inter Tychonis Familiæ Paternæ & Maternæ Inſignia Gentilicia, erat aliud qvoddam Hieroglyphicum, qvod per annulum aureum Adamantem acuminatum geſtantem, qvem ſubiens loricata manus, decuſſatim binas haſtulas tenens, qvarum una vas igne plenum, altera aqvam per rimas diffluentem figuravit; utrisq; extra annulum juxta Adamantem hinc inde pendentibus, repræſentabatur. Circumſcriptus a. erat verſiculus ſenſum ſymbolicum exponens, qvi eſt ejuscemodi:

NON

NON INIMICA ABOLET
VIS ULLA
NEC UNDA NEC IGNIS.

Ab altera hujus Veſtibuli ſeu Portalis parte, qvæ auſtrum reſpicit, aliud magnum Qvadratum ſaxum è porphyrio conſtans lapide, hinc inſcriptionem, qvæ occaſionem & uſum harum ſtructurarum indicat, aureis literis majuſculis exhibebat, ut ſeqvitur.

D. O. M.
POSTERITATIQVE SACRUM.

ASTRONOMIAM SCIENTIARUM OMNIUM ANTIQVISSIMAM ET PRÆSTANTISSIMAM, DIU QVIDEM MULTUMQVE CULTAM, NONDUM TAMEN SATIS SOLIDE CONSTITUTAM, AUT A MENDIS VINDICATAM ANIMADVERTENS, ET INSTAURANDÆ PERFICIENDÆQVE, VARIA EADEMQVE EXACTA ADINVENIT CONSTRUXITQVE ORGANA, AD OMNIMODAS COELESTIUM CORPORUM OBSERVATIONES SUFFICIENTIA LABORE, DILIGENTIA, IMPENDIOQVE INCREDIBILI, QVÆ PARTIM PROXIMA EANDEM OB CAUSAM EXÆDIFICATA ARCE URANIBURGO, PARTIM HISCE CRYPTIS AD CONSTANTIOREM ET OPPORTUNIOREM USUM DISPOSUIT; TIBIQVE ô INCLYTA OMNI ÆVO SUCCESSURA POSTERITAS THESAURUM RARISSIMUM ET PRECIOCISSIMUM COMMENDANS, DICANS, CONSECRANS, UT IN ÆTERNI DEI, ADMIRANDÆ COELESTIS MACHINÆ OPIFICIS GLORIAM, ARTISQVE DIVINÆ PROPAGATIONEM, AC PATRIÆ HONOREM, PERPETUO CONSERVES, NEC VETUSTATE ALIOVE INCOMMODO COLLABASCERE, AUT ALIORSUM TRANSFERRI, VEL QVOCUNQVE MODO VIOLARI SINAS: SI NIHIL ALIUD AUTHORIS SALTEM UNIVERSI VINDICEM, REVERENS OCULUM.

QVI EA CUNCTA IN HAC INSULA ET INCHOAVIT, ET ABSOLVIT, HOC MONUMENTO POSITO TE ROGAT ET OBTESTATUR

TYCHO BRAHE O. F.

HAVE QVI HÆC LEGIS FACISQVE ET VALE.

Qvando in ipſo veſtibulo per gradus deſcendebatur, qvadratum qvoddam Hypocauſtum ſubterraneum ſuberat, qvod propriam habuit januam verſus ſeptentrionem, ſupra qvam seqvens Epigramma alio Porphyrio lapide aureis literis inciſum legebatur:

*Urania hæc cernens terreſtria cœlitus antra,*
*Qvæ nova ſub terris techna paratur? ait.*
*Delapſa ingreditur: cœli qvid ſidera Celo,*
*Rurſum ait, en tellus in mea ſacra volat?*
*Hic terræ in gremio qvicqvid ſecluſit Olympus*
*Panditur, has latebras ſidera nulla latent.*
*Qvorſum opus immenſo Cœlos diſtare receſſu,*
*Curve tot abſtruſis Æthera volvo rotis?*
*Si penetrant humiles mea celſa Theatra cavernæ,*
*Ima & jam Tellus ſi dat in Aſtra viam.*

TYCHO BRAHE F.

In ſingulis hujus obſervatorii ſubterranei parietibus, ſupra limbum arte fabrili lignaria ſcite elaboratum, binorum Aſtronomorum effigies, qvaſi in longum recumbentium, pictæ conſpiciebantur, ita ut octo ſimul ſint, qvorum qvilibet in dicto limbo Diſtichon ſubſcriptum habebat, qvod eorum intentionem breviter expreſſit. Nomina a. illorum & ſubſcripti verſus aureis literis in hunc modum ſe habebant, ut nunc ſubjiciemus:

TIMOCHARES ALEXANDRINUS

*vixit Anno 1300 ante CHRISTUM.*

*Salvete Heroes, vetus ô TIMOCHARE aveto,*
*Ætheris ante alios auſe ſubire domos*

HIPPARCHUS RHODIUS

*vixit Anno 120 ante CHRISTUM.*

*Et qvi menſus eras ſolis Lunæq; recurſus* (?)
*HIPPARCHE, ac qvotqvot ſidera Olympus habet*

(?) ita legit Nat. Chytr. l. c.

Tu

*Tu qvoq; dimenſus Solis Lunæq; recurſus*
*HIPPARCHE, & qvotqvot ſidera Olympus habet.*

CLAV. PTOLEMÆUS ALEXANDRINUS
*vixit Anno 140 poſt CHRISTUM.*

*Antiqvûm ſuperare volens PTOLEMÆE labores*
*Orbibus, & numeris promptius Aſtra notas.*

ALBATEGNIUS ARATENSIS
*vixit Anno 880 poſt CHRISTUM.*

*Emendare aliqvid licet ALBATEGNIUS orſus,*
*Non tamen exactas pertulit ire vias.*

In Nath. Chytr. monument. Europ. pag. 597 ita legitur:
*Emendare aliqvid ſatis ALBATEGNE ſtudebas*
*Sidera conatus poſt habuere tuos.*

ALPHONSUS REX HISPANIÆ
*Vixit Anno 1250 poſt CHRISTUM.*

*Qvod labor & ſtudium reliqvis, tibi contulit Aurum*
*ALPHONSE, ut tantis annumerêre viris.*

NICOLAUS COPERNICUS TORONENSIS
*vixit circa Annum 1520 poſt CHRISTUM.*

*Curriculis tritis diffiſe COPERNICE, Terram*
*Invitam, Aſtriferum flectere cogis iter.*

TYCHO BRAHE DANUS DE KNUDSTRUP
*Circa annum 1580 poſt CHRISTUM.*

*Qvæſitis veterum & propriis normæ aſtra ſubegi,*
*Qvanti id, judicium poſteritatis erit.*

TYCHONIDES.

*Te venerande Parens, tuaq; alta juventa ſeqventem*
*Det Deus, Atlantûm continuare vices* (:)

Ita legit Nat. Chytr. l. c.
*Te Venerande parens tuaq; alta inventa ſeqvutus*
*Det Deus, æthereas ipſe & inibo vias.*

Ab Occidentali illius Hypocauſti parte oblonga Menſa collocata fuit, cui is Studioſus aſſidebat, qvi obſervationes conſcripſit. Verſus Borolybicum prope menſam tria diſpoſita erant artificioſè confecta Horologia, qvæ Horas, Minuta & ſecunda deſignabant, ita ut qvi

 Ob-

obſervationes in libro huic uſui qvotannis deputato ſcripſit, his prope aſſidere, momentumq; qvo obſervatio fiebat, mox animadvertere & annotare potuerit. Uni vero eorum ad frontiſpicium, hoc Epigramma orichalco inciſum erat:

*Tempora circuitu Cœlum fugientia volvit,*
*Nec modo præteriens hora redire poteſt.*
*Temporibus totus fugitivis clauditur orbis,*
*Præterit & toto qvicqvid in Orbe viget.*
*Ergo qvid expediet Mundi fugitiva figura?*
*Cur his conformes, qvæ peritura, ſumus?*
*Eſt aliud qvod nos cœlum expectatq; vocatq;*
*Idq; ævo aſpectu, limitibusq; caret.*
*Jova Sol hic eſt (a) ſimilatq; Eccleſia Lunam,*
*Angelico ſtellis conveniente choro.*
*Huc huc tendamus, manet hic (b) nos Patria vera,*
*Immundi Mundi nec remoretur Amor.*
— — — — *manet illic Patria vera*
*Nec mundi immundi nos remoretur amor.*

(a) ita legit Nat. Chytr. l. c:
*Jova ubi Sol ipſe eſt,*
(b) Ita ſcribit Nat Chytr.

## TYCHO BRAHE O. F.

Superius ſub ipſâ, qvâ Hypocauſtum contegebatur, fornice, depicta erat Tychonis neoterica inventio hypotheſium cœleſtium: Proximè verò ſub hac, ad parietem paulò inferiorem, verſus Septentrionem, ubi ejus Imago repreſentabatur, manu alterâ ſurſum monſtrans, habuit intra binos digitos pictam Schedam, in qva hæc inſcriptio:

## QVID SI SIC?

*Qvaſi antiqvioribus iſtis & circum depictis Aſtronomis dicat: Qvid de hac inventione vobis videtur?*

Juxta centrum Hypocauſti ſubteranei in vacuo aliàs ſpatio inciſio erat, ubi ad Arborem ab altera parte viridem & frondoſam, Juvenis ſed & laureâ inſignitus, & una manu Globum Cœleſtem portans, alterâ librum. A læva vero parte Arbor habet & radicem emarcidam, & frondes ſteriles foliisq; carentes, inter qvæ Menſa eſt capiens qvippiam eorum, qvæ maxime in hoc terreſtri mundo in pretio ſint, ut ciſtu-

ciſtulam nummis refertam Sceptra, Coronas, arma Gentilitia, torqves aureos, Gemmas, mulierum ornatus, Pocula, chartas, Teſſeras, atq; his ſimilia; qvæ omnia Scheleton qvoddam mortem repræſentans manibus pedibusq; ambit & complectitur. Supra ſcriptum verò eſt Hemiſtichium qvod ſenſum allegoricum explanat.

VIVIMUS INGENIO, CÆTERA MORTIS ERUNT.

Idq; ea ratione, ut prior pars verſus, nempe hæc; VIVIMUS INGENIO è dextra & Viridi Arboris parte, ad qvam juvenis ille Philoſophans reſidet, tanqvam in Scheda ſcripta dependeat: Altera verò nimirum: CÆTERA MORTIS ERUNT, ab aridâ illa parte deſcripta appareat. Qvemadmodum & aliàs TYCHO hoc Symbolum Hieroglyphicum, ubi non ſaltem ad Temporanea, ut hic, ſed ad æterna & potiora adaptatur, uſurpat. Illic enim in viva & frondeſcente Arboris facie, CHRISTI doctrinæ & vitæ Hieroglyphica repræſentatio eſt, cui ſuperſcribitur: VIVIMUS IN CHRISTO. Hic verò Philoſophiæ qvoq; ſtudia eorumq; Hieroglyphica indicia ad alteram Arboris Siccam & marcidam facies, ſub mortis arbitrium tranſeunt; eâdem ibi, qvæ antea in temporaneo Emblemate, manente inſcriptione; ita ut totus verſiculus in hâc æternitatem reſpiciente Hieroglyphica figuratione ſic ſonet:

VIVIMUS IN CHRISTO, CÆTERA MORTIS ERUNT.

Sicq; TYCHO per hæc Symbola Hieroglyphica innuere vult, doctrinam ſolidam, & rerum tam Cœleſtium, qvam terreſtrium cognitionem, adeoq; totam Philoſophiam in hac qvidem mortali vita mundoq; viſibili & temporaneo, homines multo potius à mortalitate vindicare, qvam alia illa qvæ mundani homines, ut plurimum moliuntur, attamen ad æternitatem in ſumma beatitudine conſeqvendam, nihil conducere, ſed iſta qvoad hanc, morti qvoq; & abolitioni obnoxia eſſe, ex qvo illic Dei bonitas & miſericordia per meritum filii CHRISTI Redemptoris, ejusq; doctrinæ & vitæ obſervantiam & imitationem, ſolummodo locum habeant atq; perdurent. Qvin & alia Sententioſè dicta atq; emblematicè veritatem in medullis rerum non corticibus profundè abſconſam innuentia, tam ſuperius in ipſa arce, variis in locis, qvàm etiam in nonnullis organis, aſſignari curavit.

Hexametrum Carmen qvod Nobilis & doctus Adoleſcens Franciſcus Gansneb Tengnagel, qvi aliqvandiu Tychoni Brahæo fuit

Do-

Domeſticus, ejusq; è Dania migrationis Comes, ex tempore concinnavit, extat inter mechanica Brahæi. Qvod tale eſt;

*Cedite vos humiles artes, curaq; ſupina.*
*Cedite; Nam Muſas tantum ſupra extulit omnes*
*Urania Divina caput, cœleſtia qvantum*
*Exuperant terras, qvantum lux alma tenebras*
*Vincit: Et os homini Deus ipſe, ut ſydera ſpectat*
*Tam ſublime dedit, qvo ſurſum lumina tollat,*
*Æthera ſuſpiciat, norma vaga ſidera ſubdet.*
*Felices igitur, qvibus hac ſunt Enthea cura,*
*Dum qvarunt & opes alii, & ſectantur honores,*
*Delicias luxumq; petunt & ludicra qvavis*
*Tractantes, vitam ſtupidè pecorum inſtar inertûm*
*Traducunt viles. Ah qvò ignorantia cœca*
*Pracipites agit hos, qvibus haud ſunt ardua cordi?*
*Tu, cui mens generoſa ſuperni ſeminis igne*
*Ardet, in Æthereos alacris conſcende receſſus.*
*Huc age Timochares, Ptolemae, Copernice, qvamvis*
*Confiſi nimium, fallacibus inſtrumentis.*
*I licet an Turrim liceat conſcendere parris*
*Pracelſam gradibus, Cœlosve apprêndere conto?*
*Ut dextrè Aſtriferi pateant penetralia Mundi?*
*Qva niſi vos olim fruſtraſſet cura, daretur*
*Sidera nunc numeris melius ſubducere veſtris.*
*Tu verò, cui mens Divis contermina, adeſdum*
*TYCHO, Danorum celeberrima gloria gentis:*
*Talia te placuit ſuperis obſtâcla videre*
*Viribus humanis cedentia; ferq; labori*
*Subſidium Herculeo, qvem non benè pertulit Atlas;*
*Organa da facilis, qva maxima & optima nôſti*
*Condere, qvaq; liber tuus hic communicat orbi:*
*Annis ter ſeptem, qvibus aſtra micantia toto*
*Luſtrâſti aſſiduè fixa atq; vagantia cœlo.*
*Singula qva facili gyro, licet invia qvondam,*
*Duxiſti in Normam, totus cui ſervict Æther.*
*O Dani celebres ò terq; qvaterq; beati,*

Hunc

*Hunc genuiſſe Virum tantum qvibus aſtra dedere?*
*Major at hinc vobis (fieri qvis poſſe putaſſet?)*
*Gloria nunc ſurgit, qvòd, qvem retinere licebat,*
*Veſtrum Teuthoniæ non invidiſtis alumnum.*
*Forſitan hoc ſummus voluit* DEVS *ille Deorum,*
*Qvò Decus Uraniæ Terras penetraret in omnes,*
O FRIDERICE *Pater Patriæ, memorabile cujus*
*Nomen in orbe viget, tua non laus infima, qvod tu*
TYCHONEM *excipiens, foviſti ſponte laborem*
*Egregium qvi animos ingentes cordaq; tanget,*
*Cultoresq; ſui celebres æqvabit Olympo.*
*Qvod verò Patrias nunc* TYCHO *reliqveris oras,*
*Celſo animo perfer veluti facis: undiq; tellus*
*Magnanimo natale ſolum. Salve incola Mundi;*
*Sat Boreæ Danisq; datum. Macte inclyte* TYCHO,
*Hoc magè perge tuas laudes diffundere in orbem,*
*Perge opus æternum cupidis pertexere, perge*
*Ingenii eximio producere pignora fructu.*
*Sicq; tuum uberius nomen ventura loqventur*
*Secula, dum auricomus numerabit Cynthius annos,*
*Dum vaga per menſes mutabit cornua Luna,*
*Cunctaq; dum toto fulgebunt ſidera cœlo.*

Wandesburgi An: 1597 die Octobris Elegiam Hecatonſticham condidit Tycho Brahæus qvæ hæc eſt.

*Dania, qvid merui? qvo te, mea Patria, læſi*
*Usq; adeò, ut rebus ſis minus æqva meis?*
*Scilicet illud erat, tibi qvo nocuiſſe reprendar,*
*Qvo majus per me nomen in orbe geras?*
*Dic age, qvis pro te tot, tantaq; fecerat ante,*
*Ut veheret famam cuncta per aſtra tuam,*
*Qvid facturus adhuc? qvis, qvæ meliora reliqvi*
*Digeret expediens uſibus apta ſuis?*
*Mittitor is Wennam, ſocio comitatus ab uno*
*Secreta Uraniæ, qvem bene noſſe putant.*
*Venit, & ut vidit ſpectacula maxima Divæ,*
*Pauca licet remanent, obſtupuiſſe ferunt.*
*Qvid faciat rerum ignarus, qvi talia pandit,*
*Nec conſpecta unqvam, nec ſibi nota prius?*
*Adſtat inexpertus; Fabricarum nomina qværit;*
*Qvæ reſerare neqvit, vellicat invidiâ.*

 Nec

*Nec mirum, meus hunc qvia fortè inſtruxerat oſor,*
*Qvi mihi jam dudum clam parit omne malum.*
*Hoc qvoq; ſic à te, Tellus nativa, ferendum;*
*Hæc etiam meritis gratia danda meis,*
*Ut qvæ noſſe neqvis, carpas, oneresq; cavillis,*
*Multimodo noſtrum deminuasq; decus:*
*Te celebrem ſtudui meritis celebrare per orbem:*
*Tu mihi dic ſed, cur detrahis immeritò?*
*Hæc ſed parva puto; longe his graviora ferebam:*
*Vix iſtheic noſtri cura, favorq; fuit.*
*In patria latui, toto ferè cognitus orbe;*
*Ut multos alios delituiſſe liqvet.*
*Sunt alii feudis, titulis & honoribus aucti,*
*Par qvibus aut ætas, aut genus eſſe neqvit.*
*Aſt ego Brahæus de qvinis fratribus unus,*
*Et genitus primò, vix reputatus eram.*
*Non tamen invideo; miſeret magis iſta ſeqvutum,*
*Nil qvibus eſt ſolidi qvæq; caduca nimis.*
*Vix aliqvi noſtros ibi ſuſpexere labores;*
*Herculeis qvamvis æqviparare licet,*
*Alcides feſſo, ut fertur, ſubvenit Olympo,*
*Ne rueret præceps machina vaſta Poli*
*Aſt, Ptolomæe, tuis, Alphonſe, Copernice, veſtris*
*Lapſibus occurrens ipſe ego ſiſto pedes.*
*Ut cœli veſtram deluſerit orbita curam*
*Edocui; licet hæc cura ſtupenda foret.*
*Firmaviq; novis Cœli laqvearia fulcris;*
*Ne capiat rimas poſtea, neve ruat.*
*Poſteritas grato veluti teſtabitur ore,*
*Noſtra licet jam nunc gratia muta ſilet.*
*Qvanta Machaonia ſimul ac effecimus arte,*
*Qvæ facilè ægrotis langvida membra levant.*
*Dania, ſi taceas, Norici, Sveciq; loqventur*
*Senſit ubi noſtram plurimus ager opem.*
*Nec tamen hinc lucrum ſectabar, ut undiq; moris;*
*Gratis qvippe dabam parta labore gravi.*
*Nimirum hoc fuerat, cur tanta odia invida ſenſi;*
*Hinc abitus noſtri manat origo vetus.*
*Qvæqve diu latuit, nec aperte cognita, donec*
*Invidiæ Virus qvi ſtabiliret, erat.*
*Sic vitium pepulit virtutem, non mala cauſa;*
*Diſceſſu in noſtro crimen abeſſe puta.*
*Qvantas ſuſtinui curas, impendia qvanta,*
*Ut fieret celſum, qvod meditabar, opus?*

Qvàm

*Qvàm multis etiam Sophiæ myſteria pandi*
*Qvos alui longum ſumptibus ipſe meis?*
*Pluraq; præterea, vereor qvæ dicere cuncta,*
*Ne proprias laudes enumerare ferar.*
*Pro qvibus, ô ſuperi, mihi gratia reddita talis,*
*Sex ego cum natis, matreq; ut exul agam,*
*Sum tamen haud exul, libertas obtigit ampla;*
*Exilium in patria verius ante tuli:*
*Nunc ego proſper ago, proprii nunc juris alumnus,*
*Nunc mihi pro patria maximus orbis adeſt.*
*Excipiunt alii, ſic proſpiciente Jehova;*
*Gratus erit cunctis noſter ubiq; labor,*
*Tu licet hunc renuens ſpernas, damnisq; fatiges,*
*O Patria, ô laudis prodiga facta tuæ*
*Ergo ingrata vale. patria eſt mihi qvælibet ora,*
*Qvæ volet æthereis æqva litare ſacris.*
*Qvæ volet & noſtros agnoſcere grata labores,*
*Qvæ mihi pro meritis non feret immerita.*
*Dania ſed, fateor, ſatis excuſabilis in ſe eſt:*
*Condolet, & propriis ingemit ipſa malis,*
*Tu qvoq;, magnanimi Frederici heroica proles,*
*Inſcius hac culpa, Rex generoſe vacas.*
*Invitusq; aliis, animus qvibus integer, iſta*
*Fiunt: Di faciant non mage prava ſeqvi.*
*Sunt aliqvi pauci, qvibus haud tamen ipſe nocebam,*
*Qvi mihi, qva poſſunt arte, doloq; nocent.*
*Hi valeant, meritisq; ſuis, qvæ digna reportent,*
*Vindicis ut ſtatuent juſſa verenda Dei*
*Salve Ranzoum, venerande Henrice, propago,*
*Uraniam primus qvi capis hoſpitio*
*Heic, ubi vicinus Hamburgi mœnibus altis,*
*Wandesburga novas arx habet alta domos.*
*Qvas tibi conſtruxit memoratus is optimus Heros*
*Octogerens vitæ luſtra peracta ſuæ.*
*Det Deus aſtrigeri ſapiens moderator Olympi*
*Nos hac utiliter ſorte, locoq; frui;*
*Ipſius ut cunctis pateant miracula terris,*
*Æthere in abſtruſo qvæ latuere diu.*
*Qvin tua, Ranzovi, donec tibi ſidera Cœlum*
*Vindicat, Hoſpitii fama ſuperſtes erit.*

T. B. Feci

An. Dom. 1597 die Octobris cum Wandesburgi obſervationes Aſtronomicas antea circa æqvinoctium vernum Uraniburgi invitè omiſſas continuare cœpi; qvod Deus cœleſtium & terreſtrium autor ſecundare velit.

Neqve verò ſunt etiam heic carmina illa reticenda qvæ inter deſcribendum Uraniburgum Tychoni exciderunt *extantia in Mechanicis Tychonis pag. 10 ab ult.*

*URANIÆ ſacrata domus, ſpecula inclyta Cœli*
*Excelſo fundata loco, firmataq; vallis,*
*Arboribusq; herbisq; tuis circum ſita in hortis*
*Qvæ ter ſeptenos luſtraſti cuncta per Annos*
*Sidera, dum caput auguſtum ſuſtollis Olympo*
*Siccine ſpreta jaces? Sic nunc orbata qvieſcis?*
*Forſitan id ſuperis viſum, qvibus Enthea curæ;*
*Ne magna exiguis ſtringantur munera clauſtris,*
*Sic volvunt variantq; vices Terreſtria qvæq;*
*Sit tibi laus ſoli qvi Cœlum & Sidera torqves.*

Certè & tametſi perperàm coactus è Dania excedere, valere patriam qvaſi ingratam juſſit; non tamen tam in ipſam Patriam qvàm in alios aliqvos abitus ſui culpam conjecit: ex qvo illud eſt inter cœtera;

*Dania ſed, fateor, ſatis excuſabilis in ſe eſt*
*Condolet, & propriis ingemit ipſa malis.*

Cum pergit porrò,

*Tu qvoq; magnanimi Friderici Heroica proles,*
*Inſcius hac culpa, Rex generoſe vacas.*

Imo in ſuis Mechanicis pag. 5 ab ult. CHRISTIANUM IV. Regem Daniæ excuſatum voluit hiſce verbis: *Qvivis cordatus facile æſtimare poterit, me non niſi graviſſimis de cauſis, præſertim in hac qvinqvagenaria ætate, & magna familiæ copia Inſulam tanti conſtantem, unaq; patriam dulciſſimam inq; ea ſangvine junctos atq; Amicos qvamplurimos deſeruiſſe. Qvæ verò qvantaq; me ad hoc impulerint, volens hic ſubticeo. Interim Sereniſſimum Regem meum* CHRISTIANUM IV *Dn. Clemen. qvi laudatiſſimæ memoriæ Patri* FRIDERICO *Regi horum iſthic fundatori & promotori nuper ſucceſſit, lubens excuſatum habeo. Neq; ambigo, ſi tempeſtivè & ſufficienter, qvæ hoc negotium Regno fortaſſis non inhonorificum concernunt, ipſi propoſita fuiſſent, qvin pro ea qvæ eſt Heroica Natura & ingenio perſpicaci, generoſoq; animo, & ad ingenuas Artes propenſo excellenter præditus, hæc Regibus digniſſima ſtudia clementer & liberaliter in ſuo Regno conſervaturus ac perpetuaturus fuiſſet. Sed fortè ſic erat in fatis, qvò Aſtronomiæ reſtauratio latius promulgaretur, atq; univerſalior redderetur. Qvin & hoc qvivis facile ſecum perpendet, qvàm ſerio &*

*enixe*

*enixe Aſtronomiæ reſtauratio nobis cordi ſit, cum tot labores atq; impenſas, tot conturbationes & adverſitates ejus cauſſa fortiter ferre voluerim; adeò ut ne Patriam qvidem ac chariſſima derelinqvere dubitarim.*

TANTUS AMOR NOBIS ASTRORUM EXPANDERE NORMAS.

Pragæ qvoq; in ædibus Curtianis, (qvas Cæſar Rudolphus II in Tychonis uſum ex Jac. Curtii vidua redemit, inq; eas Tycho An. 1601 die Febru. 25 migravit) Tycho Brahæus delegit locum maximè omnium obſervando idoneum, ac fieri curavit pedeſtallum fulciendo Organo comparatum, ad qvaterna cujus latera oblonga hæ fuêre depictæ effigies: in uno qvidem Regis Alphonſi, ac ſub eo ſedentium Ptolemæi, & Albategnii: in altero Caroli V. ac ſub eo Copernici, & Appiani: in tertio Rudolphi II, ac ſub ea ipſius Tychonis ſolius menſæ aſſidentis, inqve Cæſarem reſpectantis: in poſtremo Friderici II Regis Daniæ, ac ſub eo Arcis Uraniburgi, cum ſubſcripto hoc aureis literis Epigrammate, qvod Chriſtophorus Arnoldus Sileſius, Poëta laureatus, condidit;

*Urania ſacrata domus, tuus incola ubi nunc?*
*Parte Rudolphæa, reſpice, Tycho ſedet.*
*Solius auſpiciis qvia Gloria digna Rudolphi*
*Sub qvibus Aſtrorum grande perennet opus.*

Hieronymus qvoqve Treutlerus, Juris Conſultus, cùm tunc verſaretur in Cæſaris aula, hæc evulgavit carmina.

*Marte Alphonſus erat magnus, ſed major ab Arte*
*Semper victurus, maximus & Tabulis.*
*Qveis, licet eximius, licet haud reſpondeat Aſtris,*
*Digna tamen tanto Principe cura fuit.*
*Jam tua laus major, major tua cura, Rudolphe.*
*Qva nova plena novo ſurgit ab Aſtronomo.*
*Hic eſt ille Tycho, modò qvem ſubmiſit in Orbem*
*Urania, ille, orbi reddat ut Uraniam.*
*Omnibus Alphonſis felicior une Rudolphe,*
*Cujus ab auſpiciis hoc reparatur opus.*
*Ægypti Aſtronomus clarus, ſat clarus & ille*
*Qvi modò Terrarum currere fecit onus*
*At mage temporibus clareſcent ſidera noſtris,*
*Ære, Rudolpe, tuo; Tycho, labore tuo.*

Qvam primum Tycho Braheus in arce Benatica non Procul à

Civitate Pragenſi ſita qvam ex tribus à Cæſare Rudolpho ſibi oblatis elegit) conſtitit An. 1599, carmina hæc fudit:

*Subtraxti reditus, laudes & temporis uſum;*
*Pluraq; tentabas, Patria, damna mihi:*
*Aſt ego, dante Deo, ſuperans incommoda qvæq;*
*Conſcius & recti, nil tamen iſta moror.*
*Ingenio, genioq; meo comitorq;, ſi uoiq;:*
*Dania, in hæc poteras juris habere nihil.*
*Reſtituit reditus, laudes, & temporis uſum*
*Pluraq; præſtabit Cæſaris ampla manus.*
*Ergo ingrata vale mea Patria: Patria jam ſit*
*Qvam mihi clementer, magne Rudolphe, dabis*
*Donec in abſtruſis, ſine fine & limite Cœlis,*
*Ad Patriam æternam, te duce, Chriſte, ferar.*

Dedit de & hæc, qvæ ſupra Januam novi obſervatorii legi voluit.

*Qvæ Boreas renuit, Rudolphus ſacra ſecundus*
*Huc clemente manu tranſtulit Uraniæ.*
*Auſpiciis igitur luſtrent nunc Cæſaris orbem:*
*Claret ut ille ſolo, clareat ille polo.*
*Dum cœlum Aſtrorum dum ſol & Luna manebunt*
*Hinc tibi perpetuo nomina, Cæſar erunt.*
*Gratiaq; Aſtrorum Authori ſit ſumma qvòd aſtra*
*Exilium in terris non tolerare ſinit.*

Hæc item ſupra januam novi Laboratorii.

*Pyronomæ ſecreta artis, qvæ terrea verſat,*
*Ætheris aſtriferi viribus analoga;*
*Huc qvoq; Rudolphi traduxit cura ſecundi,*
*Dum ſimul Arctois hæc reprobata forent.*
*Ergo illi ut ſuperis modò ſe manifeſtat Olympus,*
*Sic referet gazas infima terra ſuas.*
*Fœlix in terris Cæſar, ſuper æthera fœlix,*
*Ætheris, & Terræ, cui ſacra bina patent.*

Epitaphium Tychonis hoc fuit:

JAMDUDUM SURSUM, NUNC PRIMUM SPECTO DEORSUM;
DESPICIENS MUNDUM, SUSPICIENSQ; DEUM.

Diſtichon a Chronologicum, Annum, Menſem, Diemq; obitus oſtendens erat hujusmodi:

oCTo-

oCTobRIs VIsa Vt LVX VICesIMa QVarta,
aVLa sVbIt CoeLI te generose tyCho.

Fuêre in ejus qvoq; commendationem Epicedia multa conſcripta ſed potiſſimum à Johanne Kepplen & Paulo Jani Coldingio Dano, qvi morienti Tychoni adſtitit.

# ELEGIA
# IN OBITUM EJUSDEM DN. TYCHONIS BRAHE.

*Tu qvoqve funebris pars haud incognita pompæ,*
*Appoſitos lacrymis funde Elegia modos.*
*Terrigenas animis potuit qvi ſiſtere cœlo:*
*Terrigenum tumulo conditur ecce manu.*
*Aſvetosq; oculos cœleſtem pandere lucem*
*Fuſa ſuper tenebris invida claudit humus.*
*Gratuler ambiguum eſt, an laxem fræna dolori?*
*Dum meditor, lacrymas utraq; cauſa ciet.*
*Infœlix mundi ſoboles, homo dedite mundo:*
*E mundo reliqvum qvid tibi Parca facit?*
*Qvando etiam lethes Sapientia mergitur undis,*
*Divinasq; animi mors populatur opes:*
*Nec jam ſyderiæ frigentia pectora curæ*
*Demulcent ſolitis vita abeunte modis.*
*Si pars eſt hominis melior, mens edita cœlis,*
*Vilia ſi terræ pondera corpus habet;*
*Si probat ipſe Deus, pecudum contemnere vitam,*
*Pingvia non ventri thura adolere Deo:*
*Sed memorem eſſe ſui, celeresq; patrare per annos*
*Dignum aliqvod tanta nobilitate decus;*
*Si potior mentis, qvàm corporis ulla voluptas*
*Pulchrior illius ſi, meliorq; labor,*
*Si patrias animo præſtat decurrere ſedes,*
*Et laudem authoris commemorare Dei:*
*Debuerant eqvidem pulchræ molimina mentis*
*Occidui fato corporis eſſe ſuper.*
*Nunc veluti nigris fulgens in nubibus arcus,*
*Has ſimul ac Venti diſſoluere perit:*
*Non ſecus Aſtrorum tot jam qvæſita per annos*
*Notitia & celeris mobile mentis opus.*
*Qvod viſum Uranie fertur mirata ſub Aſtris,*
*Exemplo ſenſus obſtupefacta ſui;*

*Heu*

*Heu mihi non potuit motu ſupereſſe cerebri,*
*Nec niſi prægreſſis ſenſibus ire comes!*
*Scilicet ipſa etiam qvondam pulchra Aſtra peribunt,*
*Et res inſtabiles fluxa ſigilla decent.*
*Scilicet exiguum eſt, & vaſto ex æqvore gutta*
*Qvicqvid ſideria de ratione tenes:*
*Utq; bibit floris lux irradiata colorem,*
*Ipſa ſibi nullus de Phaetonte color:*
*Non aliter viles ſenſu monſtrante figuras*
*Mens hominis, craſſo corpore menſa, videt:*
*Aut tenue, aut nihil eſt, ſpecies aut proxima vero,*
*Aut pars in promptu eſt, pars adoperta latet;*
*Divinos puro donec de fonte liqvores*
*Corporis è Vinclis, morte ſoluto capit.*
*Non igitur miſer eſt, lacrymis non aptus acerbis,*
*Solatur Domini qvem modò blanda manus,*
*Oblitum levium, capiat qvo maxima, rerum,*
*Jam vacuum curis, improba vita tuis.*
*Non poteras lethum pulchram prævertere palmam*
*Arte triumphata, ſideribusq; venis.*
*Non poteras penitus doctrinam extingvere mentis;*
*Qvam ſpargit toto plurimus orbe liber,*
*Audiit hinc vivus magnas Pœana per urbes,*
*Poſteritas omnis qvem benè grata canet.*
*Gratulor hanc merito Sortem Sed cauſa doloris*
*Non levis à noſtra nunc mihi parte venit.*
*Non mea tam longæ jungam ſuſpiria pompæ?*
*Mene hilarem jubeat publicus eſſe dolor?*
*Nam veluti ſi qvà ſtagnantibus incidit undis*
*Scrupulus, & fluctum motio prima dedit;*
*Addit ſe in ſpatium, vireſq; acqvirit eundo*
*Circulus, atq; omni littora parte ferit:*
*Non aliter, qvi jam Pragenſi mœror ab urbe*
*Naſcitur, Eois, occiduisq; plagis,*
*Regna per & gentes, magis ac magis auctior, errans*
*Conturbat veſtras Auſter, & Eure domos.*
*Dania cumprimis Brahæum patria plorat,*
*Jamq; ſuum Atlantem non abiiſſe velit.*
*Illuſtrisqve domus, columen Brahæia, regni,*
*Occubitu ſolis lumine caſſa ſui,*
*Luget, & ad luctum ſocios vocat ordine Billos,*
*Rudros, Rantzovios, pulchraqve ſerta Roſæ,*
*Stemma viri fulgens, regnum ſibi vindicat unum:*
*Doctrinam cenſent omnia regna ſuam.*

Fama

*Fama Caledonium longè tranabit in orbem,*
*Signaqve mœroris Rex Jacobe dabis,*
*Muſarum cultor celebris, tecumqve per orbem*
*Muſarum qvotqvot myſtica ſacra colunt,*
*Seu Princeps ditione potens, ſeu Flamen honore,*
*Qvos loqvitur propriâ pagina ſcripta manu;*
*Seu qvocumqve loco Stellarum conſcius artis,*
*Cui fuit in voti parte, Tychonis amor.*
*Non ita fatidicas ibant crebra agmina Delphos,*
*Sollicita ambiguos aure notare ſonos:*
*Qvàm ſuper arcano cœlorum plurima motu*
*Brahæas adiit litera miſſa manus.*
*Conticuit vates, migrant oracula terras,*
*I, qvære hinc alios Delphica turba Deos.*
*Tu verò ante alios, Cæſar ter maxime, Reges*
*Non aliqvem motum corde latente capis:*
*Venerat immitti Phœnix dilapſus ab Arcto,*
*Atq; in Teutonia nidificabat humo.*
*Phœnicem propriâ voluiſti cernere in aula;*
*Non alia imperio dignior ales erat.*
*Venit ſumma dies, properarunt fata receptum*
*Phœnicem flammis, Phœbe, adolere tuis.*
*Qvò minùs nunc flocci credant Te pendere caſum,*
*Impedit officium, dive Rudolphe, tuum,*
*Armatum imperii depellere finibus hoſtem,*
*Tutari pacem, juſtitiamqve domi,*
*Et ſtudia, atqve artes validas plantare per urbeis,*
*Unde hominum capiat commoda multa genus;*
*Percipiatqve Dei juſtas ſapientia laudes:*
*Hæc ſunt imperii munia ſumma tui.*
*O utinam nunqvam tua ſceptra fatiget Erinnys,*
*Arma domi nemo concitet, arma foris,*
*Nulla intemperies langventia corpora tentet,*
*Qvod ſatis eſt, fundat terra, petantqve manus.*
*Non ideò nulli cingant tua lumina faſces,*
*Non minor hinc Regi retribuatur honos.*
*Te duce certatim ſpeculantur ſidera cives,*
*Qvantaqve divinæ ſint monumenta manus.*
*Scilicet hæc una eſt divini meta laboris,*
*Hæc hominum decuit vita beata genus.*
*Hanc eqvidem Eois vitam vixiſſet in hortis,*
*Si poſſet vetitis abſtinuiſſe bonis.*
*Nunc immorigeros Nemeſis divina, magisq;*
*Trux hominem duro pectore plectit homo.*

*Terra homines plectit, tribulos commutat ariſtis,*
*Torrida nunc æſtu, nunc adopertanive.*
*Hinc genus Adamidum duras damnatur ad artes:*
*Sidera cunctis non vacat arte frui.*
*Hanc tamen eſſe tuam voluerunt Numina curam,*
*(Par immortali regia turba Deo.)*
*Has etiam ingenuas in ſceptra reponere curas,*
*Qvòqve potes, arctas amplificare, modo*
*Tempora nobilibus condunt pereuntia ſignis;*
*Ætatem mundi pectora bruta docent.*
*Qvanta ſit, expediunt, cœlorum condita moles,*
*Qvamqve ſit humanæ commoda forma domus.*
*Ne velut ignota vivat peregrinus in urbe*
*Terrigena, hoſpitii neſcius ipſe ſui.*
*Incipe, mortalis, ſtolidos deponere faſtus:*
*Qvantula de mundo portio, qvæſo, tua eſt?*
*Qvin etiam humanos adjutant gnaviter uſus*
*(Ores ingratis ſæpe iteranda viris:)*
*Uranien fœcunda Ceres Bacchuſqve loqvuntur.*
*Fauni Capripedes, Arcadiusqve Deus.*
*Uraniæ inſtabilem conſtrinxit Nerea nautis,*
*Æolia, Uranie ſub juga, caſtra dedit.*
*Hæc avis Hiſpanos alium deduxit in orbem,*
*Huic ce?it clauſas gens tremefacta fores.*
*Uraniæ Batavos ſæva ſervavit ab Arcto,*
*Qvos fugit multo tempore clauſa d es.*
*Tanta dedit qvondam cultori præmia dives;*
*Non eqvidem cunctas, credite, fudit opes.*
*Claudit in exhauſtam gremio prædives gazam,*
*Dat nova non pigris munera, culta viris.*
*Vim cœli reſerata viri, venit agnita ad uſum:*
*Ignotæ videas commoda nulla rei.*
*Clauſa aperire labor: ſed apertis non labor uti,*
*Natura ingenio, vim reſerate viri.*
*Mi qvoqve, Diva potens, propriùs perculta dediſti,*
*Ne cruciet mentem vana ſuperſtitio.*
*Dulcia non poterat compeſcere ſomnia Moſes:*
*Suſpicio magnos fecerat Aſtra Deos:*
*Forte etiam magicas veniſſem promptus ad actus,*
*Eliciens Orco, qvod regere Aſtra putant.*
*Intima qvantiſper non ad penetralia veni,*
*Explorans vires lux animoſa tuas.*
*Conſulat Aſtrorum vires qvicunqve laborat*
*Cum fructu veritas abvius ire libris.*

Tu-

*Tuqve adeò immanes terris avertere peſtes*
*Si; qvod ſacra jubent, dive Rudolphe, cupis:*
*Si tibi ſunt cordi miſeræ nova commoda vitæ,*
*Gloria ſi ſummi, cultus, amorqve Dei:*
*Hanc etiam clemens ſtudiorum amplectere partem*
*Conſciam & Aſtrorum perge fovere Deam.*
*Stravisti Scythicum non una clade tyrannum:*
*Imbellem exſupera tandem etiam invidiam.*
*Millia militibus, veniant modò ſingula Muſis:*
*Neutra gravant reditus invida lingva tuos:*
*Si tamen usq; adeò multos rapit omnia miles.*
*Si cunctas adeò Mars populatur opes;*
*Servanda eſt inopi tantilla pecunia fiſco;*
*Et nihil eſt ſtudiis. ſordide Rhetor, opus.*
*Deme catenato precioſa monilia collo,*
*Sit ſimplex veſtis, menſaq; parca tibi.*
*Luxuries inopi famuletur publica fiſco,*
*Nam nihil eſt illis, ſordide Rhetor, opus.*
*Tunc etiam Jovæ fiſco cedemus honores;*
*Aſtra locum caſtris, ingeniumq; dabunt.*

Johannes Kepplerus mœſtus
poſuit.

# INCOMPARABILIS VIRI
# TYCHON - BRAHE
## ATLANTIS CYMBRICI
## ET EQVITIS TORQVATI
## ELOGIUM.

*Eduxit, perhibent, immani mole Gigantes*
*Simplicibus tellus denuò culta viris,*
*Hi tentâre qvidem Cœlos aſcendere qvondam,*
*Qvos tamen in terram, Di repulere ſtatim.*
*At noſtris alium videmus genuiſſe diebus*
*Ipſum cui Cœlum ſarcina parva fuit.*
*Hic, cui non totus terrarum qvà patet, orbis*
*Sufficere, eventu judice non potuit.*
*Hic dico, ille Gigas, qvem fama reclamitat barmis*
*Aſtriferos cœlos impoſuiſſe ſuis.*
*Hic voluit Stellas flammantes inter Olympi*
*Vivere, ſic ſcrutans intima clauſtra Poli.*

Y y 2 Undo

*Unde refert nobis victor Myſteria cœli,*
*Qvicqvid & occulti magnus Olympus habet.*
*Hinc videas monumenta viri, qvæ cœlitus ipſe.*
*Edoctus, nobis conſpicienda dedit.*
*Hæc, Diodore, oculis ſi vidiſſes, Miraclis*
*Dixiſſes ſeptem connumeranda tuis.*
*Cedite jam Primi Inventores, cedite tandem;*
*Viribus hic cerebri vos facit arte rudes.*
*Hei mihi! Qvid video? rumpit mea verba qvid inter?*
*O mea qvid ſubitus occupat oſſa tremor!*
*Occidit! hei vobis Cœlum, fulgentiaqve Aſtra!*
*Occidit ipſe Tycho ſummus & alter Atlas!*
*Qvid veſtrum TYCHON miſiſtis abire Tychonem,*
*Cui ſemper veſtri maxima cura fuit*
*Anteà qvem nobis, ecce, Aſtra dedere benignè,*
*Invida nunc oculis ſurripuere meis.*
*Non ego mareſco. Neqve, ſi mihi vera fatendum,*
*Terra fuit tantum digna tenere virum.*
*Nunc Tycho ipſe ſuo ſpeculans ſpatiatur Olympo,*
*Atqve ipſi ſpecula eſt, qvod fuit ante ſcopus.*
*Ergo ſi voti compos jam deſpicit alto*
*Oſorem, dicens: nil tua dira moror.*
*Nil tua dira moror, Fortunæ victor & ipſe,*
*In terris poſthac degere non cupio.*

Paulus Janus Colding
Cimber.

Non prætereundum eſt ejuſdem elogium à Jona Coldingenſi factum & in illius deſcriptione Daniæ pag: 162 allegatum.

FAMILIÆ NOBILISSIMÆ ET ANTIQVISSIMÆ ſplendore conſpicuo, tum virtutum ornamentis & cœleſtium rerum eximia cognitione Viro nulli ſecundo Domino Tychoni Brahe Domino de Knudſtrup &c. qvi Anno 1597 Menſe Martiô ineunte Patriæ valedixit & in aulam Rudolphi 2 Cæſaris ſe contulit.

*Gente ſatum ſuperba*
*Editumq; antiqvis proavis, ſidere perbenigno*

Ty-

*Tychiadem perenni*
*Laude dignum, magnificè concelebres THALIA.*
*Illius en ſtupenda.*
*Mentis, & culti ingenii illuſtria dona miror.*
*Cuncta elementa mundi.*
*Noſcit, & cœli rapidi, mille tenet figuras.*
*Spherica forma terræ*
*Et qvibus librata modis conſtabilita pendet?*
*Ignis & unde manat?*
*Unde nunc aer tepidus? diſcolor iris unde?*
*Unde tonitrua? & tam*
*Clamor ingens? fulgure ubi ſinditur æther ardens?*
*Deficit unde Phœbus?*
*Et laborat Luna ſuo lumine contabeſcens.*
*Qvæ minuatq; Lunam*
*Cauſa? Qvæ integrare latentem valet atq; Phœben.*
*Unde venit comites?*
*Tam ſuo motu vario, qvam variaq; forma*
*Triſtia fata terris*
*Qvæ minetur? pervigil idem ratiocinatur?*
*Singula ſed referre,*
*Non opus: terram penetrat Tucca, polumq; celſum*
*Per geminos polares*
*Tranſit axes: ſcandit eqvos ortus, & occidentis,*
*Nubibus inq; opacis*
*Abdidit natura nihil mente qvin ille noſcit.*
*Ante alios minores*
*Heſperus lucet velut ignes: micat utq; Luna,*
*Sic capit inter omnes*
*Extulit Muſas comes hic Uraniæ fidelis.*

Jon. Colding.

## IN EFFIGIEM MAGNIFICI ET NOBILISSIMI VIRI

# D. TYCHONIS BRAHÆI,

## MATHEMATICI INCOMPARABILIS:

## EPIGRAMMA.

*Atlantem, Mauros dum deſerit (ecce) Vetuſtas*
*Credula mutatum in montem abiiſſe putat.*
*Multa ſuper malis, aurea ſuper arbore multa,*
*Multaq́ꝫ de volucri finxit Abantaida.*
*Nugæ! Nam qvalis ſolitus, qvantusq́ꝫ videri*
*Mauris, Cimmeriis talis adhuc ſupereſt.*
*Mirum at; Cimmeriis Maurum occultare tenebris*
*Dum cupis, hoc ipſo Maurus is arguitur.*
*Mirum Cimmeriæ cum obſcurent cuncta tenebræ*
*Has tamen illuſtret lumine Cimber Atlas.*
*Mirum; Cimmeriæ qvantum haud nocuere tenebræ,*
*Tantum luce Atlas Cimbricus ille juvet.*
*Mirum; illi ſubſit vice qvòd verſâ ultima Thule,*
*Cui qvondam Regnum eſt Axe ſub oppoſito*
*Sed magis hoc mirum; Ingenio Terras qvòd & Aſtra*
*Supponat, Regio cui ſatis una fuit.*
*Maximè at hoc mirum, qvòd qvem vix Terra vel Æther*
*Excipiunt, parva hac picta Tabella capit:*
*Qvâ facies vultusq́ꝫ viri ſpectatur honeſtus,*
*Auguſtum Ætherei pectoris, hoſpitium*
*Aſt animus, Cœlo juxtà Terrisq́ꝫ potitus*
*Vix cœlo, vix ſe continet ille Solo*
*Remigio hinc penna ſatagit tranſire gemello,*
*Archetypi qværens Orbis in Arce Larem.*
*Totus is ad Boream notus, modò viſit & Auſtrum,*
*Notus ad Eóos, notus ad Heſperios.*
*Ergo nec Maurus proprium hunc, neve incola Thules,*
*Non ſol exoriens, non ſene occiduus.*

Sed

*Sed clarus toto paſſim dominatur in Orbe,*
*Maximus Arte ſolo, maximus Arte Polo.*
*Servate hunc Muſæ, niſi enim ſervemini ab illo,*
*Actum erit URANIÆ, veſtraq; Templa ruent.*

ALBERTUS VOITUS BORUSSUS
Poëtices Profeſſor Witebergæ, Obſervantiæ & debiti cultus teſtandi gratiâ F.

## DE TYCHONE BRAHÆO, MATHEMATICO NOBILISSIMO ET DANORUM ATLANTE.

*Quod cerebro incluſum Cœli curſum atq; recurſum,*
*Stellarumq; vices, cœlivagosq; choros,*
*Qui cum ferret ATLAS, eſt Cœlifer appellatus,*
*Rex ille Afrorum maximus ingenio.*
*Propter Atlanteum Pelagus dum ſidera luſtrat,*
*Lapſaq; ſub terras ortaq; ſigna notat.*
*Nunc præſtantis idem ſtudium eſt TYCHONIS, Hvenna*
*Celſa ubi Balthiacam ſuſcipit URANIAM.*
*Hic ille inſtrumenta vias ſcrutantia Cœli*
*Struxit, adaptatis diſpoſuitq; locis.*
*Sic, ut vix alibi quicquam præſtantius extet,*
*Regificumve magis, magnificumve magis.*
*Ergo Cœliferum quia TYCHO imitatur Atlantem,*
*DANORUM cur non ille habeatur ATLAS.*

NATHAN. CHITRÆUS F.

## AD NOBILISSIMUM VIRUM TYCHONEM BRAHE, ASTRONOMORUM HUJUS SÆCULI PRINCIPEM.

*O Animæ illuſtres ô terq; quaterq; beatæ!*
*Eſt quibus Æthereas ſcandere cura domos!*
*Hinc tua laus PTOLEMÆE viget, fundamina prima,*
*Te ſtructore ingens ars habet Urania.*

Pro-

*Proxima debetur tibi magne COPERNICE, per te*
*Longè aliâ, ac priſcis itur ad Aſtra viâ*
*Tertia TYCHONIS propria eſt, ſed maxima; cujus*
*Vivet Atlanteus ſemper in Orbe labor.*
*Poſteritas ſis grata Viris, qvibus inclytus Æther*
*Panditur, & qvorum ſidera ſcandis ope.*
*Teq; ſub his Ducibus cœli penetralibus inſer,*
*Ingenio ut ſuperes penni potente Polos.*
*Qvàm ſapit ille etenim qvisqvis ſuper Æthera vectus*
*Et Terram, & nihili terrea cuncta facit!*

HENRICUS HOIERUS J.

# DE TYCHONE BRAHE DANO AD JOHANNEM ANTONIUM MAGINUM PATAVINUM MATHEMATICARUM DISCIPLINARUM IN BONONIENSI Gymnaſio Profeſſorem.

*Æthiopum populis placuit Sapientia valdè*
*Cepheij generis: Mauris & claruit Atlas,*
*Aſtronomus velut optimus: Aſſiriisq; Prometheus*
*Sic DANI Aſtronomum præſtantem, Docte Magine*
*Concelebrant, magno ſtudio, Ingenioq; potentem,*
*Nobilitate Illuſtrem, Doctrinâq; TYCHONEM,*
*Nec poſſunt alibi melius cognoſcier Aſtra;*
*Sive Areas varios Lunæ perdiſcere motus,*
*Seu qvis Mercurius, qva Diva Gnidiq; Paphiq;,*
*Et qvis Cinthius, ac Mavors, Hominumq; Deumq;*
*Qvis Pater & Rex, & Senior qvis Falcifer is ſit:*
*Sive Domos cupias Cœli cognoſcere cunctas;*
*Qviq; Aries: & qvi Taurus: tum ſub caput Arcti*
*Ut Gemini ſtent: ut ferventia Sidera Cancer*
*Efferat: utq; Leo qvatiat de corpore flammam:*
*Qvaq; tenet Spicam manibus juſtiſſima Virgo:*
*Atq; miniſtrantes parili ſub pondere Chelæ:*
*Et Nepa: & Arcitenens: & frigida vis Capricorni;*

Nec

*Nec non Sqvammiferi Piſces: & Sidera qvæq;.*
*Nec nôrunt alii Cæleſtia pandere Fata*
*Rectius, abſtruſas hominum reſerantia ſortes,*
*Qvid verbis opus eſt? docti, celebresq; Poëtæ*
*Materiam illuſtrem ſunt nacti, clangere verſu*
*Qvâ non dignior ulla fuit, nec celſior ulla;*
*Vel te teſte etiam tantum celebrante* TYCHONEM.
*Qvos ergo argillâ finxit meliore Prometheus,*
*Qvorum circundat Grinæus tempora lauro,*
*Qvorumq; ad nutum tribuunt modulamina Muſæ,*
*Præclaras dicant reſonanti carmine laudes,*
*Cæleſtemq; ferant Cæleſtia ad Aſtra* TYCHONEM.
*Parvis namq; meis ea res haud viribus æqva eſt,*
*Qvem magè verborum Ciceronis cura fatigat.*

ANTONIUS RICCOBONUS
Italus. F.

# DE TYCHONE BRAHE DANO ASTRONOMIÆ ARCANORUM INQVISITORE EXIMIO, AC MATHEMATICÆ DISCIPLINÆ PRINCIPE, AD JOHANNEM ANTONIUM MAGINUM, BONONIÆ Mathematum Profeſſorem Celeberrimum.

## ODE

*Qvisq; Muſarum ſapiens Sacerdos*
*Arte qvi divâ dominatur Aſtris,*
*Laude nunc dignum ſupra Aſtra* BRAHE
*Carmine tollat,*
*Inſuper Phœbi Chorus, atq; Phœbus*
*Lætus aſſurgens meditare decus*
*Qvod datum nunc Aſtronomo perito*
*Numine Divûm*
*Claritas floret meritò* TYCHONIS,

Zz Cui

*Cui Jovis* Stella *& numeroſa Virtus*
*Jam caput cingit, decoratq;, ferens*
*Florea ſerta.*
*Ut boni ſenſus hilarentur usq;,*
*Atq; laudator populus ſuperſit:*
*Fama miratrix volitans per Orbem*
*Vivat in ævum*
*Ille Rex ATLAS ſileat*; PROMETHEUS
*Non (luto formans homines) furetur*
*Amplius flammam ferula; ſtupeſcat*
CLAUDIUS *ille*
*Cedat* HIPPARCHUS *vetus is: qvod hicce*
*Sidera, & Cœli faciem minutim*
*Novit, & ſolus vigili labore*
*Cœlica pandit.*
*Qvod* COPERNICUM *latuit, nec ullus*
*De Polo tractans reſeravit unqvam,*
*Jam poteſt noſci, benè jam videtur*
*Mente* TYCHONIS
*Notio Cœli, celer atq; motus*
*Ætheris tantum patet ac pateſcet*
*Omnibus, multum vigilante* DANO
*Nocte dieq;.*
*Qvem precor ſupplex, properè abſolutum*
*Ut det hoc ingens Opus expetitum,*
*Qvod viris doctis placet & placebit*
*Omne per ævum!*

**Oliverius Tubanellus Italus F.**

# AD NOBILISSIMUM ET PRÆSTANTISSIMUM VIRUM, TYCHONEM BRAHE, DANUM, DOMINUM DE KNUDSTRUP ET URANIBURGI FUNDATOREM.

## Aſtronomiæ noſtro Sæculo inſtauratorem primarium.

*Cœlo dignus erit, Zelo qvi Cœlica ſcrutans*
*Sidera non Terris vitam traducit inertem.*
*Qvod* TYCHO *perfuſus Cœleſti Numine præſtas,*
*Deſpiciens hominum ſordes pompasq́ caducas.*
O DANIÆ *gentis lux, gloria, vera voluptas,*
*Vive, Valeq́, Deo, cujus veſtigia luſtras*
*Mirandis radiis, & grato perficis Orbi;*
*Nunqvam Viſa aliis, nunqvam confecta labore*
*Tanto. Propterea te vaſti Machina Mundi,*
*Miratur, te laude vehet poſt ſecula multa*
*Poſteritas, ſi docta foret: te Occaſus & Ortus,*
*Inſignem meritis, indagine mentis acutâ*
*Præſtantem celebrabit, Opus laudabit in Ævum*
*Artificem, dum Solis Eqvi, dum Luna ſuperſtes*
*Falcatas referet facies, dum Pontus & Aër*
*Numinis attollent laudes, qvo ſidera conſtant:*
DANIA *donec erit, re, nomine, & omine felix:*
*Donec* HVÆNNA *ſuis fundis & gurgite multo*
*Extabit, loca lato videns, atq́ ore patente*
*Vicinas Vrbes, & diſſita Regna ſalutat.*
O DEUS, *Aſtriferi ſapiens fundator Olympi,*
*Cuſtodire Virum talem, vitaq́ beare,*
*Atq́ Aſtris inferre velis, qvi ſidera ſcandit,*
*Nec Terena facit magni, ſublimia ſaltem,*
*Mente agitat, vulgiq́ volens commercia linqvit.*
*O Generoſe Poli cultor* TYCHO, *vive valeq́,*

*Te ſervante Deo, cujus moderamine Cœlum*
*Circuit, & vitæ percurritur Orbita noſtræ.*

Martinus Plecius F.

# MAURITIUS HASSIÆ LANDTGRAVIUS AD TYCHONEM BRAHE NOBILEM ET CLARISSIMUM VIRUM

URANIÆ *ſuperat reliqvas divina ſorores,*
*Dicitur & ſacri gloria prima chori.*
*Hanc coluere Patres Priſci, Regesq́; potentes,*
*Qvi proprius Mentis vi tetigere Deos.*
*Hanc optat ſapiens ſtudiorum figere metam,*
*Ut fama celebris præmia digna ferat.*
*Qvantò etenim Terras celſus ſupereminet Æther;*
*Illius eſt tantò notio laude prior.*
*Ipſa docet Cœli motus, Cœlumq́; tueri*
*Vultibus erectis nos jubet ipſe Deus.*
*Ne ventura malis timeamus fata, ſed Aſtris*
*Præmoniti, ad ſuperum confugiamus opem.*
*Nec qværamus humi paſtum, ſed laude vehatur,*
*Qvi ſtruxit cœli tale Creator opus.*
*Ergo tuis læſus meritisq́; ſtudiisq́; fovere*
*Perge DEAM tantam; Munera larga dabit.*
*Qvandoqvidem dudum miratur, pervia cuncta*
*Eſſe tuis Fabricis qvæ latuere prius.*
*Hinc tibi ſcrutanti Leges ſublimis Olympi,*
*Inter honoratum præparat Aſtra locum.*

Caſſellis 2 Apr. 1592.

Mauritius Haſſiæ Landtgravius F. & manu propria ſcripſit.

Coro-

Coronidis loco qvædam Tychonis Carmina hiſce addo.

AD

# H. GYLLUNFINUM BAHUSIÆ ARCIS

## Præfectum hoſpitem ſuum amantiſſimum.

*Tanta fuit virtus, Mavors, & ſplendor avorum*
*Aurea qvòd Genti nomina Stella dedit.*
*Magna qvidem laus eſt micuiſſe, ut ſydera: major*
*Ut Phœbus Patribus præmicuiſſe tuam*
*Tot patriæ inſignes peperiſti Marte Triumphos,*
*Claraq; tot victrix dextra trophæa tulit.*
*Utq; micant radiis rutilantibus æqvora Phœbi,*
*Cimbria ſic palmis fulget, ovatq; tuis.*
*Aurea ſtella aptè, titulo tamen impare geſtis*
*Aureus, & melius ſol tibi nomen erit.*

T. B.

# De Claſſe Hiſpaniæ,

## Interpretatio Carminis à Sereniſſimo Rege Scotiæ Conſcripti.

*Inſano tumidæ gentes coiere tumultu,*
*Auſæ, inſigne nefas, bello ultrò ciere Tonantem*
*Mars ſeſe accinxit: metuenda tot agmina nunqvam*
*Viſa ferunt; properare truces miro ordine turmæ,*
*Nosq; mari, & terra, & ſævo clauſere duello,*
*Exitium, diraq; minantes cæde ruinam:*
*Irrita ſed triſti lugent contamine fine:*
*Nam laceras jecit ventus ludibria puppes,*
*Et ſparſit rapidis turgeſcens montibus Æqvor,*
*Felix communi qvi evaſit clade ſuperſtes,*
*Dum reliqvos miſero diglutit abyſſus hiatu.*
*Cui vis tanta cadit? qvis totq; ſtupenda peregit?*
*Vanos jova ſacra conatus viſit Olympo.*

T. B.

Ex

Ex Jac. Aug. Thuani Hiſtoriar. lib. 126. & ad Annum 1601.

# TYCHONIS ELOGIUM.

*Poſt Pinellum commemorandus venit Tycho Brahe, Eqves Danus, Aſtrorum vera ſcientia, & obſervationibus longo tempore in ſua Uranopoli, & magno ſumptu factis, omnium concordibus ſuffragiis Principis Aſtronomorum nomen promeritus: Qvi, Cherſoneſo Cimbrica relicta, cum in Germaniam proximam ſe recepiſſet, in Aula Rudolphi Cæſaris aliqvandiu floruit. Cum Wilhelmo Heſſo, qvi in eadem ſcientia excellebat, arcta ſtudiorum neceſſitudine erat cunjunctus: Pragæ hoc Anno IX Kal. Novembr. deceſſit, cum vitæ annos 54, menſeis IX, dies 19 tantùm exegiſſet, vir & ſcriptis à ſe editis, ſecundum Ptolemæum, Joannem Regiomontanum, & Nicolaum Copernicum, inprimis clarus, & poſtea à Joanne Kepplero, cui præclaras ingenii ſui reliqvias, ne perirent, qvaſi teſtamento legavit, publicatis, illuſtrior.*

Apud Kircherum in Hiſt. Euſtachianâ pag. 172 reperitur mentio tormenti Bellici prægrandis cum hac inſcriptione:

## TYCHONIS BRAHE.

Qvod Kircherus ibidem conjicit fuiſſe fuſum ex ære captivo Uraniburgico, inter alias manubias à Torqvato de Comitibus Cæſarei exercitus Archiſtratego bello Germanico aſportato.

Hiſce

Hiſce adjungo Synopſin vitæ Tychonis Brahe à me collectam è Gaſſendi de Tychone conſcripto tractatu, Epiſtolâ Tychonis ad Andream Vellejum nondum editâ ſcriptâ vero Benachii Anno 1599. 18 Septembr: de cauſa diſceſſus è Patria, variis Tychonis Brahe ſcriptis editis ut & epiſtolâ Margaretæ, filiæ Tychonis MS. miſſâ 1608 die 3 Paſcatos ad Chriſtianum Longomontanum, eo tempore Profeſſorem Haffnienſem, de ſtatu liberorum Tychonis poſt ejus & uxoris mortem.

*Danorum celeberrima gloria Gentis, totò pene cognitus orbe, Tycho Brahe, Danus, Ottonis Brahe & Beatæ Bille filius, qvinq; filiorum primogenitus, dominus hæreditarius de Knudſtrup in Scania non procul Helſingburgo ſito, Eqves auratus Danus, Arcis Vraniburg in Inſula Hvenna Fundator & Præfectus, Inſtrumentorumq; Aſtronomicorum in eadem diſpoſitorum inventor & ſtructor, Aſtronomus Princeps, natus eſt Knudſtrupii Ann. Chr. 1546 die Decembr. 13 hora 22 min. 47.*

*Habuit fratrem* Stenonem *Brahe*, Maj: *Reg: conſiliarium & in Arce Calundburgicæ Præſidem, cujus filia, nomine Birgitta, periIluſtri Friderico Reetz nupta edidit modernum Regis Daniæ* FRIDERICI III *Cancellarium illuſtriſſimum, Petrum Reetz, natu maximum. Ejus* Soror Sophia Brabe *Matheſeos Aſtronomiæ & Aſtrologiæ perita, peperit An. 1580 die 27* Maii *filium Tagonem Tot qvi inclytus Regni* Daniæ *Senator obiit Anno 1658. Cui Seqvens monumentum erectum eſt.*

Siſte,
Quisqvis. Es;
Advena.
Nec.
Pedem. Promove. Prius
Qvam.
Cujus. Auguſtum. Claudat. Pectus;
Anguſtum, Hoc Marmor.
Inſpexeris. &
Durum. *Molli.* Corpori. Saxum.
Lacrymarum. Rivulis.
Studueris. Emollire.
Jacet. Hic. Depoſitus

Cælo.

Cælo. Qvem. Natum. Soloq;. Datum
Divûm: Omnes Filium. Canunt.

TAGIUS TOTTHIUS

Patria. Qvem. Poſtqvam. Enutriverunt. Arva?
Admirandum. Peregrinis. Miſere.
Nobilium. Decus. Danorum.
Virtutis
Qvæ. Non. Nobiles. Nobiles. Facit.
Incitamentum.
Juvenem, Senem.
Dum.
Gallorum. Teutonumq;. Moribus.
Patriis. Accommodatis.
Mirandum. Miſſum.
Magis. Recepit. Mirandum
Patrium. Solum
Is. TOTTHIUS Qvippe. Reverſus.
In. Qvo. Uno.
Qvotqvot. Sunt, Virtutes. Hoſpitio. Delecto.
Qvas. In. Aliis Admiramur. Diviſas.
Omnes. Collectæ. Reſidebant.
Unde.
Jubente. Cœlo. Tot. De. Cœtu. Procerum. Promotus
Ad. Faſces.
Facibus. Sacris. Armatus.
Diſcerptam. Svecorum. Armis Germaniam. Germaniæ.
Inermis. Conciliavit.
Et
Sui. Sveciam. Poloniamq;. Regis. Nomine.
Legatus. Salutavit.
Qvid. Qvod.
Tot. Unus. TOTTHIUS. Sciatur. Oris.
Qvot. Plures. Emetiri. Non. Potuerint.
Vicit. Qvi. Virtute. Virtutem. Marte. Martem.
Faventem. Præ. Cunctis. Habens. Pietatem.
Sacrorum. Operoſus. Cultor.

Senio

Senio. Divino. Cultu. Repueraſcente.
Civis. Soli. Poli. Evadens.
Mortaliſq;. Divinus. Factus.
Animam. Superis. Cœloq;. Unde. Hauſit. Reddidit.
Terreo. Terræ. Corpore. Terreo. Seculo. Mandato.
Unus. Sui. Memoriam. Reliqvit. Omnibus.
Qvo
Omnibus. Se. Qvem. Amabant. Univerſi. Unus. TOTTHIUS.
Abiens. Dedit.
Herorum. Conſtrictum. Compendium.
Cave. Credas. Hoſpes.
Limitibus. Teneri. Arctis. Adeo. Teneri. Neſcium
TOTTHII. Pectus.
Qvem. Orbis. Tenere. Neſcivit. Qvia. Major.
Sed. Venerare. Urnam,
Et.
Qvem. Mortuum. Putas. Heroem. Vivere. Scias.
Nec
Alium. In. Finem. Vita. Exceſſiſſe.
Qvam. Qvo. Vitam. Ingrederetur.
Heroicum. Corpus.
Claudat. Exile. Buſtum.
Mortuumq;. Indigitet.
Vivet. Tamen. Famæ. Studio.
Et.
Inſignia. Ob. Facta. Maxima. Nactus. Encomia.
Omni. Unus. TOTTHIUS. Æternitaté.
Vigebit.

*Hujus qvoq; Cognatus & Affinis fuit gloriæ immortalis Heros & inter mortalium Sapientiores à multis ſeculis facile Princeps, Regniq; Daniæ Senator graviſſimus, Oligerus Roſenkrantzius ante Annos 25. Hafniæ demortuus; de qvo cœlitibus adſcripto ita cecinit Joannes Laurembergius Mathem. in Regia Sorana Academia Profeſſor Publicus.*

Τρεῖς φῶτες Δανῶ, μετὰ πλείοσιν, ἔρνος ἔλαμπον
Αὔξοντες πινυτοῖς γράμμασιν εὐγενίην.
Λευκόπεδος, Βραχεύς τε, Ροδοστέφανος τε, σύναιμοι,
Ἔξοχοι ἱστορίην Ἄστρα, Θεηγορίην.
Ἱστορικὸν δέλτοι πολυΐστορες ἱστορέουσι,
Στίλβει δ' αἴθονες ὡς ἀστέρες Ἀστρόσοφος.
Θεολόγον θεῖος λόγος ἥρπασ' ἀειθαλέοντι
Δοξάσων εἰο κάρατα Ροδῶν Στεφάνῳ.

Tres Heroës, inter plures Danicum germen fulſerunt,
Augentes celebribus ſcriptis Nobilitatem:
Witfeldus, Brahæus, ac Roſenkrantzius, agnati,
Excellentes in Hiſtoriâ, Aſtris, Theologiâ.
Hiſtoricum annales multiſcij memorant:
Splendet ut ſcintillantes Stellæ Aſtroſophus
Theologum divinus Λόγος rapuit, immarceſſibili
Glorificaturus ejus caput Roſarum coronâ.

Συντομίην σεμνῆς διδαχῆς ὈΛΙΓΗΡΟΝ αὔσσω
Συντομίῃ ἐπέων, ῥεύματι τῶν δακρύων.

Compendium Sanctæ Eruditionis Oligerum vehementer lugeo
Compendio verborum, exſuperantiâ lacrymarum.

Thomas qvoq; Bangius Regius Academiæ Hafnienſis Profeſſor in tumulum ejusdem.

Virtutum. Jacet. Hoc. Tumulo. Chorus. omnis in uno.
Vivus. Amor. Populi. Vivus. Et Artis. Amor.
Maximus. OLIGERUS. ROSECRANZIUS.
Haut. Tibi. Plura.
Scribam. Nam. Majus. Scribere. Non. Potui.

Hic

*Hic noſter Brahe a Patruo Georgio Brahe, parentibus inſciis, ει inſtitia abreptus circa annum ætatis ſeptimum Scholæ Latinæ adhibitus poſtea in Academia Haffnienſi operam impendit Rhetoricæ & Philoſophiæ.*

*Juxta decimum qvartum annum, Lipſiam ſtudiorum continuandorum gratia miſſus ibi per triennium moratus eſt, ſuſtentante eum prænominato Patruo; ubi invito & reluctante Pædagogo, qvi parentum voluntatem prætendens, eum Jurisprudentiæ operam dare maluit, ex libris clam coëmptis Aſtronomiam ſecretò, Præceptore Johan. Homelio & Bartholomeo Sculteto, 1563. & 1564 excoluit.*

*Inde in Patriam revocatus, occaſione mortis Georgii Patrui rurſus in Germaniam 1566. abiit: Primùm Wittebergam, mox interveniente peſte Roſtochium; ubi is Caſus illi contigit, qvo totam anteriorem naſi partem per Manderupium Pasbergium amiſit.*

*Circa annum verò 1569. & ſeqventem, ſuperato Danubio, Auguſtæ Vindelicorum verſans in horto conſulis Pauli Hainzelij, in pago Gegingæ dimidio milliaris ab urbe in Noto Lybicum diſtante, qvadrante maximo & ſextante ligneo à Tychone iſtic excogitatis, Sydera obſervavit & peculiari libro denotata conſignavit, aliaq; organa Aſtronomica confici curavit, qvæ per totam Germaniam aliqvamq; Italiæ partem ſecum adſportavit.*

*Alia inter loca etiam Laugingæ tranſiit in ipſis Sveviæ finibus, ubi Cyprianum Leovitium Aſtrologum cognovit: Auguſtæ verò Windelicorum converſatione & familiaritate Hieronymi Wolphii & Petri Rami Anno 1570. uſus eſt.*

*Demum in Patriam An: Chr: 1571. reverſus (in qvo itinere Ingolſtadii Philippum Appianum vidit) Haffniamq; appulſus, partim in Scania Herritzvadii, qvod olim Monachorum Cœnobium fuerat, ipſumq; non longe Knudstorpio, apud Avunculum Stenonem Bilde obſervatorium ut & laboratorium apparavit, Aſtronomiam & Pyronomica excolens, novumq; Phænomenon An: 1572. in aſteriſmo Caſſiopeiæ obſervans; partim in Selandia Haffniæ vixit, hoſpitio exceptus à Doctore Joanne Pratenſi Profeſſor. Publ. multumq; æſtimatus à Carolo Danzæo Regis Galliæ Legato, ut & Petro Oxenio, magno Aulæ in Regno Daniæ Magiſtro.*

*Anno verò 1573. cogitavit iter in Germaniam ac porrò in Italiam inſtituere; cæterùm partim febri aliisq; incommodis laborans, partim uxorem plebejam ex pago ipſo Knudsdorpio, nomine Chriſtianam, ducens. (è qva nata eſt ipſi An. 1574. Filia, cui fuit Magdalena nomen,) An. 1574. totam hyemem*

*Haſfniæ tranſegit, quâ, Juſſu Regis Friderici II, Planetarum theoriam in Academia Haffnienſi ita explicavit, ut exinde uſus tabularum Prutenicarum fieret in promptu, habitâ prius Oratione, quam novennio poſt ejus mortem edidit Conradus Aſlacus Bergenſis. Peractis prælectionibus, compoſitis domi rebus, relictisq; ibidem Uxore & filia, ineunte ſuccedentis Anni 1575 vere contendit in Haſſiam, ut laudatiſſimum Principem Wilhelmum Regionis Landgravium conveniret. Pervenit ergo Caſſellas ſub Aprilis initium, ubi lætitia ſumma exceptus, Principis conſvetudine familiari totos octo aut decem dies uſus eſt. At interveniente obitu Filiolæ Landgravii ab eo diſceſſit & Francofurtum ad Mænum petiit. Dies aliqvot ibi commoratus, contendit in Helvetiam & cùm luſtraſſet varias in itinere civitates, nulla tamen æqve ac ipſa Baſilea placuit.*

*Perluſtratâ Helvetiâ, tum in Venetorum ditionem excurrit tum dies aliqvot tranſegit Venetiis. Repetiit ſubinde Germaniam & Ratiſbonam cogitans, qvò erant Comitia ad Imperatoris Rudolphi coronationem convocata, Vindelicorum Auguſtâ tranſiit ubi & amicos reviſit, recreavitq; ſummopere. Ratisbonam cùm perveniſſet, Thaddæum Hagecium Bohemium, Aulæ Imperialis Medicum, aliosq; viros doctos ſibi amicos paravit. Spectator interea cum fuiſſet coronationis, qvæ in diem Novembris primam incidit, deſtinavit domum redire ante hiemem. Inter redeundum vidit Saltfeldiæ Eraſmum Reinholdum Juniorem: Vidit etiam Witebergæ cùm alios tum potiſſimum Wolfgangum Sculterum.*

*In Daniam verò circa annum ætatis 28. Anno Chr. 1575. redux, tacitè ſe parabat ut Baſiliæ Rauracorum, qvam antea perluſtraverat, ſedem habitationis ſuæ eligeret ob Academiam celeberrimam, viros doctiſſimos, aëris ſalubritatem, victus commoditatem, confiniumq; Italiæ Galliæ & Germaniæ. Rex verò Daniæ & Norvegiæ, devotiſſimæ recordationis, Fridericus 2. Tychoni hæc animo ſecreto volventi ſeq; itineri accingenti ſponte ſua & clementi voluntate Inſulam Hvennam ad vitam obtulit & conceſſit, & ut in ea ædificia utq; inſtrumenta pro exercitiis Aſtronomicis, tum qvoq; laboribus Pyronomicis fieri curaret, juſſit, ſeq; ſumptibus liberaliter iis proviſurum clementer addixit, contulitq; ipſi tum neceſſaria apparandis ædificiis, ac Machinis, tum annuatim duo dalerorum millia ex Telonio; tum etiam Feudum in Norvegia; & Canonicatum Roſchildenſem, ſeu Præbendam S. Laurentii cujus annuus reditus mille daleris æſtimatus eſt.*

Mox

*Mox Uraniburgum An. 1576. extruere cepit, & ſucceſſivè tam ædificia qvàm inſtrumenta varia Aſtronomica abſolvit, & in hæc omnia ultra tonnam auri (id eſt centum millia dalerorum) partim ex propriis partim ex Regia munificentia inſumpſit, anniſq; ter ſeptem, ſolem, Lunam, Cometas ſeptem, aſtraq; toto cœlo fixa & vagantia, accitis in bonum miniſterium pluribus ſtudioſis acumine ingenii & uſus pollentibus qvos ſuis ſumptibus aluit, tam matutino tempore, qvàm veſpertino Uraniburgi diligenter luſtravit, qvas obſervationes (ut nihil de 14 antecedentium annorum animadverſionibus dicam) primùm in magnis voluminibus, poſtea ſeorſim in ſingulos libros pro qvolibet nimirum anno diſtribui & ad mundum deſcribi curavit. In aſtrologicis qvoq; effectus ſyderum ſcrutantibus non contemnendam locavit operam; Qvin & in Spagyricis præparationibus ſive pyronomicis exercitiis non minimam impendit operam. Uraniburgum verò & alia, Stellæburgo excepto, pene abſoluta ſunt Anno 1580.*

*Circa annum 1587. novam orbium cœleſtium ac totius mundi ſtructuram ac diſpoſitionem excogitavit, imo aliam qvam Ptolemaicam aut Copernicam, qva in Gaſſendo pag. 76. videri poteſt.*

*Annus verò fuit 1596. qvo odio & invidia, non ſolùm aulæ Magiſtri (diuturnum foventis odium ab uſq; rixa ob vulneratum ſeqvacem Tychonis canem excitata) ut & Regis Cancellarii aliorumq; Nobilium, verùm etiam Medicorum Haffnienſium, factum eſt, condoleſcentibus multis & infinitis aliis, ut Tycho noſter, Rege Chriſtiano IV. inſcio, Feudo Norvagicô & Præbendâ S. Laurentii, Cancellario Regis poſtea ſtatim conceſſa, ſit privatus.*

*Hinc vere inſeqventis anni Haffniam ſe contulit propriisq; ſumptibus exædificatam domum, ſitam in platea* Farfvergaden *appellata, qvæ hodie eſt Xenodochium, inhabitavit, relictisq; in Hvenna majoribus inſtrumentis Aſtronomicis ut & qvibusdam famulis, tranſtulit a Paſchatis Feſto die 29. April. in eam minora levioraq; Organa, unà cum tota ſuppellectile Libraria & Typographica, ut ibi aliqvid obſervaret; nec non aliqvot elaborandos, qvo Chymiæ vacaret. Aulæ verò Magiſter per Prætorem civitatis, Caſtenum* Rytter *vetare juſſit, ne ſe amplius hujusmodi exercitationibus, in Turri civitatis publica, antea in hunc uſum ipſi à qvatuor Regnî Tutoribus & Magiſtratu Haffnienſi conceſſa, dederet, idq; nomine Regis, qvi tamen in Germaniam abierat ducturus in uxorem Annam Catharinam Friderici Marchionis Brandenburgici filiam.*

*Perrexit itaq; (ſubtractis Aſtronomiæ inſtaurandæ adminiculis) avehere Hvennâ qvicqvid rerum mobilium fuit, exceptis organis majoribus, qvæ coloni curæ commiſit, conduxitq; onerariam navem, inq; eam impoſuit Uxorem, duos filios, qvatuor filias, ancillas, famulos, majoremq; ſtudioſorum partem (inter qvos erat Franciſcus Tegnagellius, non verò Chriſtianus Longomontanus qvi abeundi veniam impetravit,) item ſuppellectilem, organa minora, librorumq; typis commiſſorum exempla.*

*Vela igitur fecit regnante in Dania Chriſtiano IV., Rectore Academiæ Doct. Andrea Lymvico, Anno ſc. 1597, paulo ante ſolſtitium æſtivum, ac iter direxit Roſtochium, ubi amicum habuit Henricum Brucæum, obſervavitq; ſub finem Octobris Martem inter ſtellas Geminorum verſantem. Verum jam peſte ibi graſſante, deflexit eodem anno in Holſatiam ad Henricum Ranzovium Affinem, qvi illum ad ſe arcemq; ſuam Wandesburgum (ſive Wandesbechium non amplius dimidio milliaris diſtantem Hamburgo, cujus polum grad. 53. min 36 attolli Tycho obſervavit) invitârat, ubi per integrum Annum permanſit opusq; Tychonis excuſum eſt, cui factus eſt titulus Tychonis Brahe Aſtronomicæ inſtauratæ Mechanica & Logomontanus à Tychone per literas, qvas Roſtochii accepit, rogatus, Wandesburgum advenit, ſed brevi tamen exinde domum diſceſſit.*

*Inde intercedentibus Colonienſi Electore cui Cæſar multum tribuit, Joanne Barvitio qvi à ſecretis Cæſari fuit, Hagecio qvi apud Cæſarem in gratia erat, & Rudolpho Corraducio Procancellario, jubente id Cæſare Rudolpho II per literas circa Feſtum Paſchatis datas, An. 1598. Wandesburgo in Bohemiam poſt Feſtum Michaelis tendit deducens ſecum filios & ſtudioſos, transferensq; ſimul apparatum Organicum, relictis verò Wandesburgi Uxore & filiabus cum parte majore ſuppellectilis. Qvod a cœpto itinere, non Pragam, Bohemiæ Metropolim, usq; perrexerit, ſed Wittebergæ procedente autumno uſus ædibus & conſuetudine Jeſſenii conſtiterit, cauſa fuit, qvod Pragæ graſſari peſtem & dyſenteriam Cæſaremq; ea de cauſa abiiſſe Pilſenam inaudiverit & Coraducius, S: C: M: Procancellarius, hoc idem per literas ipſi ſvaſerit, hancq; eſſe Cæſaris voluntatem indicaverit. Ibi vero Ecclipſin in Luna totalem die Januarii ultimo obſervavit. Cum peſtis Pragenſis deſæviiſſet per hiemem, & Cæſar ſe in urbem Vere appetente recepiſſet, eò per Dresdam (relicta ibi Uxore & liberis Wittebergâ præterlapſa hyeme à loco, Wandesburgo dicto, convocatis) Tycho Vere procedente An. 1599. diſceſſit, ubi circa Feſtum Johannis ſtylo veteri Cæſar Rudolphus II. maxima humanitate illum excipiens, illi fecit in annuam penſionem à die vocationis tria aureorum*

*millia*

*millia, oblatis ipſi ſtatim pro introitu duobus mille aureorum, & addixit illi ejusq; hæredibus prima occaſione inſigne feudum, ac domum intra urbem Pragam, deduxitq; eum Barvicius, Imperii ſupremus ſecretarius, in JacobiCurtii S: R. J. Procancellarii ædes peramplas & magnifice extructas in Retſchino prope Arcem ſitas, qvas 20000Daleris æſtimabant, qvæ ejus exercitationibus Aſtronomicis & Chymicis accommodata fuere. Heic obſervata eſt ab eo ſolis in Julio Anni 1599. Eclipſis.*

*Præterea eodem anno ex Arcibus Domibusq; extra urbem Pragenſem tres ſplendidiſſimæ fuerunt, qvarum Cæſar Tychoni optionem dedit: Una Brandiſium, altera Lyſſa, tertia Benatica, ſingula non uno die dicire dimidio ab urbe diſtantes. Has ſub Maij finem, concomitante Capitaneo Præfectoq; Brandiſii, inviſit, Benaticamq; commodiorem ſibi viſam prætulit, qvam Bohemorum Venetias ob amœnitatem eſt interpretatus, in cujus poſſeſſionem juſſu Cæſaris, per dictumCapitaneum ſub diem Auguſti 20. eſt immiſſus, ibiq; ab eo ſumptibus Cæſaris novum obſervatorium pro Obſervationibus Aſtronomicis novumq; Laboratorium pro exercitiis ſpagyricis eſt erectum. Eodem anno 18. Septembris hortante Cæſare miſit qvæſitum non ſolùm familiam reſiduam per Tegnagelium reducem ac deſtinatum Generum, verùm etiam majora; qvæ in Hvenna reliqverat, inſtrumenta per primogenitum Tychonem, cui comitem dedit Paſchaſium Mulerum, ſcripſitq; ad Longomontanum, ut ipſis vellet ſe tertium in illo itinere adjungere ac è Dania eodem curru in Bohemiam cum ipſis regredi. Petitioni ejus ſubſcripſit Tegnagerius & inde a Tychone dimiſſus eſt An: 1600. die 4. Auguſti Styl. nov. non ſine ampliſſimo viatico & commendatitiis literis tam generalibus qvam ſpecialibus non ſolùm Barvicii ad Henricum Ramel Regni Daniæ Senatorem verùm etiam Cæſaris ad Magiſtratum Magdeburgenſem & Hamburgenſem; cujus diſceſſus Keppleri cum tota familia & ſuppellectile libraria acceſſu eſt compenſatus Octobre inſeqventi, qvi reperit eodem anno Tychonem Pragæ, ibiq; ideo ſubſtitit, qvod pertæſus incommodorum Benaticæ, commorari amplius in ea arce non ſuſtineret.*

*Sedem itaq; ſuam Inſtrumenta totamq; familiam tranſtulit aſſenſu Cæſaris An. 1600 in hortos Cæſaris adeſq; Regiæ adjacentes Pragæ ſitas, ac per idem tempus majora inſtrumenta, qvæ ante annum miſerat qvæſitum, ex Dania accipiens (familiam ab usq; Vere exceperat) ipſa è navi, qva fuerant advecta in dictos hortos tranſpoſuit. Anno verò inſeqventi 1601. die Febr. 25. migravit inde in ædes Jacobi Curtij à Senfftenau, qvas Cæſar in ejus uſum ex Curtij vidua redemit.*

Hoc

*Hoc anno 13. Octobr. die Tycho noſter ad cœnam illuſtris Roſemberchii à nobili Minco-Witio deductus; non emiſit, ut pro more habebat, urinam, qvo effectum eſt ut cum paulo largius inter cœnandum biberetur, tendi veſicam ſenſerit. Qvare aliqvantiſper qvidem, ſed deniq; tamen nihil moratus conviviorum leges, è menſa abiit, ac domum periit: Verum orificio veſicæ obdurato & vi expultrice præ nimia retentione labefactata, urinam reddere non potuit. Hinc in graviſſimis exinde cruciatibus toti dies qvinq; penitus inſomnes transacti ſunt. Vigebat ſimul interna Febris, unde & conſecutum eſt paulatim delirium in qvo in hæc verba creberrime, qſi carmen texens, erupit*

*Ne fruſtra vixiſſe videar.*

*Die verò dicti menſis 24., ſoluto delirio, victâ naturâ, inter conſolationes, & preces Uxoris, liberorum, Cognatorum Generis, Erici Brahe Sveci Comitis Wittebornii Regisq; Poloniæ Conſiliarii, Pauli Coldingii Dani, ut & amicorum lachrymas Anno 1601. 24. Octobr cum annos vixiſſet 54. menſes 10. placidiſſimè exſpiravit: idq; non pudendis neſcio qvibus morbis infectus (qvem rumorem ejus olor Nicolaus Raymarus Anno 1599. ſparſit,) neq; veneno amicorum qvorundam invidia ſublatus (ut alicubi in Germania, Dania & Norvegia percrebuit,) ſed intempeſtivâ verecundiâ captus. Die 4. Novembr. in Templo veteris urbis Pragenſis dictæ Teino primario, juſſu Rudolphi II Cæſaris, habitu rituq; Eqveſtri, honorificentiſſimè tumulatus eſt, eodemq; tumulo tecta eſt ejus uxor hydropica defuncta An. 1604,* ut ſcribit Magdalena Brahæa ad Longomontanum.

Pompa verò funebris in exeqviis noſtri Tychonis habita fuit hæc, mihi Danicè à prudentiſſimo viro Nicolao Pauli Commiſſario Norvego ante nonullos menſes mihi communicata, & nunc à me in Lingvam Latinam tranſlata.

*Super integrum funus, panno holoſerico coopertum, tegumentum atrum ſerici villoſi expanſum fuit, utrinq; vexillis & inſignibus inauratis affixis.*

*Præceſſerunt funus non nulli pullati candelas ſive faces funeſtas inſignibus Brahæis ornatas præferentes.*

*Hos inſecutus eſt quidam portans vexillum è panno Damaſceno confectum, in qvo ejus Titulus & Inſignia inaurata cernebantur & videbantur.*

*Poſt vexillum Eqvus tolutarius pullo holoſerico velatus ducebatur, in cujus latere utroq; Inſignia ejus conſpecta fuerunt Deinde vexillum bombycinum lento & moderato gradu eſt geſtatum, nec non poſt vexillum alius eqvus ſtragulo ex panno Anglicano coopertus ingrediebatur ductu cujusdam lugubri habitu amicti.*

*Poſtea unus frameam inauratam ut & parazonium geſtabat, qvem ſecutus eſt alius galeam panno atro holoſerico tectam & fimbriis inauratis verſicoloribusq; ſtruthionii plumis ornatam. E veſtigio hunc ſucceſſit ille qvi calcaria inaurata ſerico pulvinario impoſita portavit.*

*Hunc alius conſectatus eſt, ſcutum in qvo ejus inſignia erant depicta ferens.*

*Poſt*

*Poſt hunc funus à duodecim ſatellitibus Cæſareis, ſive Cæſarei corporis ſtipatoribus, omnibus genere Nobilibus, ad primariam ædem ſacram qvæ Pragæ eſt, fuit delatum.*

*Funus proximè ſecutus eſt filius natu minimus prolixis atris veſtibus in terram dependentibus indutus, qui in medio progreſſus eſt. Dexterum latus clauſit Ericus Brahe Comes Svecicus, & ſiniſtrum Dominus Ernfeſtus Munqvitz Conſiliarius Cæſareus. Deinde ſubſecuti ſunt ordine Proceres ſive Conſiliarii Cæſarei, Barones, Nobiles.*

*Horum veſtigia calcarunt Tychonis Brahei Studioſi & Servi, omnes veſte lugubri ac palliis longis uſq́ ad talos dependentibus induti.*

*Poſt hos lento graviq́ inceſſu proceſſit Tychonis Vidua, luctu ac mœrore prope confecta, qvæ ducta fuit à duobus Aulicis Conſiliariis.*

*Eam ſecutæ ſunt tres filiæ, qvarum ſingulæ à tribus Viris Nobilibus certo ordine diſpoſitæ ducebantur ita ut terni ſummi gregatim incederent.*

*Deinde has eqveſtris ordinis Nobiles Matronæ ac Virgines longo agmine ſunt comitatæ.*

*Poſtremò aliæ Matronæ qvæ ex oppido undiqvaq; confluxerant, longo ordine agmen clauſerunt.*

*Seſſiones Filii, Viduæ Filiarumq; atro panno Anglicano obductæ fuerunt.*

*Cùm verò hoc modo funebria officia expedirentur non ſolùm Templum maximâ Comitum, Baronum, Nobilium & Ignobilium multitudine fuit impletum, verùm etiam plateæ nimia hominum freqventia fuerunt ſtipatæ.*

*Finitâ Concione Vexilla, Galea, Scutum, Framea, Parazonium & Calcaria ſunt ſuſpenſa & parieti affixa non procul à loco ſepulturæ, cum hac inſcriptione:*

# POST VITAM FUNUS RURSUM
## POST FUNERA VITA.
## NASCENDO MORIMUR
## MORIENDO VIVIMUS.

Monumenti vero marmorei in primâ extra chorum dicti Templi Pragenſis ad dextram columnâ Tychoni Brahe ejusq; conjugi Chriſtinæ erecti inſcriptio eſt hæc, ſuperiori monumenti parti inſculpta, qvam acceptam referre debemus Cl. Viro Mag. Jacobo Bircherodio S.S. Theol. in Gymnaſio Otthonienſi Lectori, Amico meo veteri, qvi eam Pragæ exſcripſit, mihiq; eam petenti impertivi.

## *ESSE POTIUS QUAM HABERI.*

ILLUSTRIS ET GENEROSUS DOMINUS TYCHO BRAHE DANUS DOMINUS IN KNUDSTRUP ARCIS URANIBURGI IN INSULA HELLESPONTI DANICI HVENNA FUNDATOR INSTRUMENTORUM ASTRONOMICORUM QVALIA NEC ANTE SOL VIDIT INGENIOSISSIMUS IDEMQVE LIBERALISSIMUS INVENTOR ET INSTRUCTOR, ANTIQVISSIMA NOBILITATE CLARUS, SUA AUCTIOR, ANIMO QVÆCUNQVE COELO CONTINENTUR IMMORTALI GLORIA COMPLEXUS, ASTRONOMORUM OMNIS SECULI LONGE PRINCEPS, TOTIUS ORBIS COMMODO SUMPTIBUS IMMENSIS EXACTISSIMAS INTRA MINUTA, MINUTORUMQVE PARTES TRIGINTA AMPLIUS ANNORUM OBSERVATIONES MUNDO PRIMUS INTULIT, AFFIXA SIDERA INTRA MINUTUM EJUSQVE SEMISSEM RESTITUIT: HIPARCHI SOLIUS AB ORBE CONDITO VEL DIIS IMPROBOS IN OCTAVA DUNTAXAT GRADUS PARTE CONATUS LONGISSIME ANTEGRESSUS: UTRIUSQVE LUMINARIS CURSUM EXQVISITE RESTAURAVIT PRO RELIQVIS ERRATICIS SOLIDISSIMA TABULARUM RUDOLPHÆARUM FUNDAMENTA JECIT MATHEMATICARUM PERITIS INVETERATAM ARISTOTELIS ET ASSECLARUM DOCTRINAM DE SUBLUNARI COMETARUM NOVORUMQVE SIDERUM SITU DEMONSTRATIONIBUS INVICTIS EXEMIT, NOVARUM HYPOTHESIUM AUCTOR, IN SPAGYRICIS ET UNIVERSA PHILOSOPHIA ADMIRANDUS. EVOCATUS AB INVICTISSIMO ROM: IMPERAT: RVDOLPH: II. MIRA DOCTRINÆ ET CANDORIS EXEMPLA DEDIT, NE FRUSTRA VIXISSE VIDERETUR, IMMORTALITATEM ETIAM APUD ANTIPODES SCRIPTOR. PERENNITATE SIBI COMPARAVIT PLANEQVE QVALIS ESSE QVAM HABERI MALUIT. NUNC VITA FUNCTUS ÆTERNUM VIVIT, EJUS EXU-

VIAS

VIAS UXORISQVE TRIENNIO POST DEFUNCTÆ HÆREDES LIBERIQVE SACRO HOC LOCO COMPOSUERUNT. OBIIT QVARTO CALEND. NOVEMB. ANNI CHRISTIANI DIONYSIACI M. DC. I. ÆTATIS SUÆ LV.

*NON FASCES NEC OPES*
*SOLA ARTIS SCEPTRA PERENNANT.*

Monumenti hujus inferior pars effigiem Tychonis integram hac inſcriptione cinctam refert:

ANNO DOMINI M. DC. I. DIE XXIV. OCTOBRIS OBIIT ILLUSTRIS ET GENEROSUS DOMINUS TYCHO BRAHE DOMINUS IN KNUDSTRUP &c. PRÆSES URANIBURGI ET SACRÆ CÆCAREÆ MAJESTATIS CONSILIARIUS CUJUS OSSA HIC REQVIESCUNT.

In ipſo ejus funere Pragæ oratio funebris habita eſt à Johanne Jeſenio à Jeſſen, cujus fuerat, Wittebergæ cum degeret, conſvetudine jucundiſſima uſus, quæ edita eſt Pragæ Anno 1601 qvam Gaſſendus ſibi à celeberrimo Olao Wormio Profeſſore Haffnienſi per Chriſtianum Legardum Medicum Danum communicatam vitæ Tychonis adjunxit à pag. 224. ad pag. 235.

Diffuſius hujus noſtri Tychonis vitam ex Ms. Brahæi Epiſtolis & ex Cæſii aliorumq; relatione expreſſit Pet. Gaſſendus, Regius Matheſeos Profeſſor Pariſienſis, ad qvam conſcribendam allegatus Olaus Wormius monumenta ipſi contulit non pauca, *teſte ipſo Gaſſendo pap.* 221 222. Ante Gaſſendum vita ejus aliqvanto preſſius à Ricciolo expoſita eſt; ipſeq; Tycho vitam qvoq; ſuam attexuit ſuis Mechanicis L t. G. 2. G. 3 G 4: qvæ in libro prolegomen. Lucii Baretti, præmiſſo obſerva. Tycho, pap. 94. repetita legi poteſt: ad qvos lectorem hac de re plura cognoſcendi cupidum remitto, ubi longe plura inveniet hanc materiam concernentia.

*Effigies Tychonis, habitu Viri noctu obſervantis, extat inter ejus* Mechanica *in Figura Qvadrantis* Orichalcici *Muralis ſive Tychonici, qvam magna ſolertia ſub anni* 1586. *finem*, teſte Gaſſendo Lib. 2. pag. 71. *expreſſit Tobias Gemperlinus Vir Literatus, & eximius artifex (qvem ſecum Auguſta Vindelicorum An.* 1575. *in Daniam receperat, qvi peſte poſtmodum in Da-*

nia graſſante, Haffniæ diem obiit, ut ſcribit Gaſſend. lib. 1. pag 30.) idq; tam competenter, ut vix ſimilior dari poſſit, eſtq; ſecundum ſtaturam & magnitudinem totius corporis æqvali forma repræſentata, qvod ipſe Tycho in Mechan. l. c. fatetur. Alias in ſuis depictis uſus eſt Tycho operâ Joannis de Antverpia Pictoris Regii Coronæburgenſis; ſicuti in Architectonicis operâ Johannis de Embda Sten Winchel, teſte ipſo Tychone l. c. Præterea ejus effigies in omnibus illius libris editis, ut & in Gaſſendo, æri inciſa videtur cum pileo & pallio, vice cuculli ejus ac Diploidis qvo cum in Qvadrante prædicto eſt exhibitus. Eo verò habitu qvo ſemet ipſe in Qvadrantis Muralis area expreſſit, Pragæ depictus eſt teſte Lucio Baretto in prolego. Obſervationum Tychonis pag. 93. Habitum alias oris & corporis deſcribit Gaſſendus in Vita Tych. lib. 6. pag. 180. 181.

Liberos ejus qvod attinet, circa Annum 1573. uxorem, nomine Chriſtianam, non ingenuam ſed ex plebe è pago Knudsdorpio, invitis cognatis, duxit, ut ancillam potius qvam Dominam haberet, è qva nata eſt ipſi Anno inſeqvente Filia prima ex liberis, cui fuit Magdalena nomen, Gaſſen lib 1. pag. 25. Anno qvoq; 1581. natus eſt ipſi filiorum primogenitus, qvi fuit appellatus Tycho. Triennium poſt natus ipſi fuit alius, Georgius nominatus, neq; plures mares habuit, cum tamen qvatuor Filias habuerit, ut puta, præter Magdalenam vocatas Sophiam, Elizabetham & Cæciliam, qvæ omnes Anno 1608. erant in vivis Idem lib. 2. pag. 50. & Magdal. Epiſto. ad Longomo. Hi ejus liberi ſe geſſere hæredes, Uxorq; Tychonis ſuperſtes fuit, ac liberi hæredesq; poſt mortem Tychonis proximo ſtatim Anno ſc. 1602 primum Progymnaſmatum librum Imperatori Rudolpho II. ac viginti qvinq; poſt annos Imperatori Ferdinando Rudolphinas Tabulas à Keplero elaboratas dicavere. Fuerunt enim uti patet ex Epiſto. Magd. Brah. ad Longomon. tunc adhuc ſuperſtites omnes, qvæ de re Gaſſendus dubitavit. Tycho Brahe junior An. 1604. in matrimonium duxit Fœminam Miſnicam genere nobilem Nobilis cujusdam Boëmi cognomine Ratiſchi relictam viduam, ex qva nati ſunt duo liberi; Filia nomine Matris Tychonis & Matris uxoris Chriſtina-Barbara vocata, & filius Ottho Tycho nomine Tychonis Patris & Avi appellatus, teſte Magdalena Brahæa in Epiſtola Danica ad Longomontanum ſcripta. Georgius in Bohemia An. 1616. degebat, qvi ibidem paucos ante annos nobilem duxit Virginem amplasq; habuit divitias, teſte M. Nico-

lao

lao Hammero. *Elizabetha* (& non Magdalena, ut conjecturat Gaſſendus) *Pragæ Franciſco Ganſnes Tegnagelio nupta eſt, peperitq; tres liberos Idæ, Catharinam, Vindeliam, & Rudolphum Tychonem. Annoq;* 1608. *tempore Verni illi fuit gravida. Is Tegnagelius Aſtronomiam ſub Tychone excoluit, & fuit nobilis literisq; humanioribus perpolitus, qvi Pragæ commoratus Cæſareæ Bibliothecæ Præfectus & ſuo merito & in Tychonis memoriam inter Conſiliarios Cæſaris adſcitus & Legationibus aliqvot in Angliam & Friſiam illius nomine perfunctus eſt, qvem apud Cæſarem commendatum fecit Joannes Barwitius Cæſari à Conſiliis Secretisq; intimus, cui aliqvanto poſt opus Tychonis Cometicum dicavit* Gaſſ. lib 6. pag 198. 199. *Ejus annui reditus erant* 1500. *Imperiales & Anno* 1608. *ipſi è Legatione Anglicana redeunti oblati ſunt à Cæſarea Majeſtate* 12000. *Imperiales*, Epiſt. Magdal. c. *Cæciliæ qvoq; Nuptiæ apparabantur Anno* 1608. *poſt Feſtum Paſchatos, nuptura* Baroni *cuidam* teſte Magdal. in Epiſt. c.

*Dicamus nunc tandem de Tychonis libris, qvos vel edidit, vel edere deſtinavit, qvorum omnium hic eſt catalogus.*

1. *Liber de Cometa ſive nova ſtella Anno* 1572 *die Novembris* XI. *veſperi in aſteriſmo Caſſiopeæ circa verticem tunc exiſtente, Annoq; inſeqventi conſpicua ſed menſe Majo magnitudine & ſplendore jam diminutâ, à Doctore Johan Pratenſi Profeſſore Haffnienſi, urgente Aulæ Magiſtro Petro Oxenio, Typographo eodem anno traditus eſt, cui dictus Pratenſis præfationem adjunxit, ſubjunxitq; Epiſtolam*, Gaſſe. libr. 1 pag. 18. 19. 20.

2. *Anno* 1574. *juſſu Friderici* II. *Regis Daniæ ſvaſu* Danzai *Regis Galliæ Legati, & Johan. Pratenſis Profeſſ. Regii, ruente jam hyeme, prælectiones in Academia Haffnienſi Publicas inchoavit Planetarum theoriam explicans, ut exinde uſus Tabularum Prutenicarum fieret in promptu; Orationemq; prius habuit, qvam novennio poſt ejus mortem edidit* Conradus *Aſlacus Prof. Haffn. eam dicando Fratri Tychonis Stenoni Brahe Regiæ* Majeſt. *Conſiliario & in Arce Calundburgica Præſidi, cujus filium Otthonem per Academias exteras deduxerat inſtitueratq;, declarando ſe iſtam deſcribendam à Tychone obtinuiſſe, cùm foret ante annos octodecim in ipſo Tychonis convictu.* Gaſſ. lib. 1. pag. 25. 26. & 27.

3. *Anno 1589. promiſit ſe peculiari ſcripto de Hypotheſibus* Ptolemæi *&* *Copernici, utra vera ſit, diſcuſſurum*, teſte Gaſſendo lib. 3 pag 100.

4. *Progymnaſmatum Aſtronomiæ inſtaurandæ liber primus, qvi eſt de reſtitutione motuum Solis & Lunæ Stellarumq; inerrantium, ut & de Cometa Anno 1572. exorto, poſt Tychonis obitum denuò anno 1602. editus eſt, ad qvem Kepplerus hæredum nomine ſcripſit Appendicem & Præfationi Operisq; nuncupationi, Pragæ pridie Cal. Aug. 1602. factæ Rudolpho II. Imperatori. Kepplerus qvidem nonnulla intexuit, ſed illam tamen majori ex parte, nomine hæredum Tengnaglius pertexuit.* Gaſſ. de Vit. Tych. lib. 6. pag. 198 200 & 201. Tych. mechan. in explicat Sextantis Tychonici Lit. D. 6. *Hic liber recuſus eſt à Godefrido Tampachio Francof. Bibliop. qvi annum 1610. appoſuit* Gaſſ. l. c. pag. 201. *Capit verò Tycho de adornando primo libro progymnaſmatum Anno 1588. ac de reficiendis præſertim duobus primis capitibus, qvorum alterum, motus ſolis, alterum ſtellarum fixarum reſtitutionem contineret. Nempe hæc duo præmiſſa voluit aliis octo Capitibus qvæ ſpeciatim ad tractationem de* Nova *ſtella pertinent, & in qvibus jam apparatis, non tam multa fuêre deinceps movenda. Qvod ad reſtitutionem motus Solaris attinet, qva methodo uſus eſt legi poteſt* Gaſſend. lib. 3 pag. 85. ad pag. 102. lin. 20. *Hic verò Tomus primus tribus conſtans partibus Anno 1590. penè operâ Typographicâ fuit à Tychone abſolutus*, ut ſcribit ipſe Tycho in literis ad Rothonianum. Gaſſ. lib. 3. pag. 104. *In libro hoc primo octingentæ circiter ſtellæ continentur* teſte Gaſſendo lib. 1 pag. 135. *qvas complexi qvaterniones, Typis An 1595. expreſſi erant, qvorum exempla aliqvot diſperſit, miſitq; ſpeciatim unum ad Florentium artificem Amſterodamenſem. Ad integrum volumen qvod ſpectat, id communicatum cum nemine voluit, qvod ſibi nondum factum ſatis circa Lunæ motum putaret, provideretq; aliqvot novos qvaterniones inſertum iri. Cogitabat qvoq; relatam ante concluſionem non nihil retractare; unde & eam typis non commiſerat, ac nolebat aliunde librum, qvaſi* ἀκέφαλον, *conſpici, qvippe defectu Præfationis, ad qvam concinnandam varias Schedas jam conjecerat, ſed qvibus adunandis tempus non ſumpſiſſet. Defectu, inqvam, Præfationis non item verò Nuncupatoriæ ut fieri ſolet Epiſtolæ; ſiqvidem ut neq; libellum de nova ſtella primum editum, neq; aut Ephemeridas, aut opuſcula qvæpiam alia cuipiam omnino dicaverat, ita conſtituit nemini, neq; ampliorem hunc de eadem ſtella librum, neq; ullum omnino alium deinceps edendum cuipiam dicare*, teſte Gaſſend. lib. 4. pag. 135. Confer ibidem pag. 154. lin. 40. ad . in. ult.

pag.

pag 156. lin. 9 ad pag. ſeqv. lin. 13. ab ult. pag. 158. lin. 4. ad lin. 20 pag. 159. lin. 12. ab ult. ad pag. ſeqv. lin. 16. & pag. 176. lin. 14.

5. *Progymnaſmatum liber ſecundus eſt de Mundi ætherei recentioribus Phœnomenis, agitq́; de Cometa ab elapſo fere triente Novembris Anni 1577. uſq; ad finem Januarii ſeqventis conſpecto. Hic verò liber primum Uraniburgi 1588. in qvarto in lucem emiſſus eſt, poſtea 5. Non. Febr. Anno 1603 Pragæ Bohemorum recuſus eſt à Godefrido Tampachio Francofurt. Bibliopola, qvi Annum 1610. appoſuit, dedicatione per Tegnagelium Johanni Barvitio Cæſari à Conſiliis & Secretis intimo factâ, additâ præfatione ad Lectorem* Gaſſ. lib. 6. pag. 101. 202. & lib. 3. pag. 71. & 81. Tych. in Mechan. in explicat. Qvadrantis Azimuthalis lit. A. 2. lit. A. 4. Item in explicatione Sextantis Aſtronomici Lit. A. 5.

6. *Progymnaſmatum liber tertius de æthereis Phænomenis ſive de Cometis cæteris poſt primum ac præcipuum viſis, ante obitum Tychonis non eſt perfectus.* Gaſſ. lib. 6. pag. 201. & pag. 207. lin. 4. ult. & lib. 2. pag. 49.

7. *Epiſtolarum Aſtronomicarum liber primus continet Guilhelmi Haſſiæ Landgravii ac illius Mathematici Chriſtophori Rothmanni ad Tychonem Literas, & reſponſa Tychonis ad ſingulas, præmiſſâ qvidem non modo Landgraviana illâ ad Rantzovium Anni 1585, verùm & Rantzovianâ uno alterove poſt anno ad Tychonem datâ, qva illum Rantzovius adhortabatur ut eatenus ſcriptas operi illi ſubjungeret, qvod noverat ipſi ſub prælo verſari; adjunctâ qvoq; deſcriptione brevi præcipuorum Inſtrumentorum Aſtronomicorum numero 28. qvæ Tycho Brahe in Inſula Huenna partim in Arce Uraniburgo partim in Stelleburgo diſponi curavit, ut & delineatione Uraniburgi & Stellaburgi Orthographica & Ichnographica. Hunc a. librum circiter anni 1593. finem inſeqventisq́; initium Henr. Ranzovii aliorumq́; hortatu typis mandare cæpit Tycho eumq; Typographiæ ejus privatæ Uraniburgicæ Profeſſor Chriſtophorus Weida non ante annum 1596. abſolvit.* Gaſſ. lib. 4. pag. 127 ad pag. 132. *qvemq́; Mauritio Haſſiæ Landgravio Gvilhelmi filio conſecravit. Epiſtolarum qvaternionem primum recudit dictus Tampachius An. 1610,* ut docet Gaſſ. lib. 6. pag. 202. *Tycho deſtinavit non ſolùm has literas ſed & alias ad alios & ab aliis viris dictis, qvæ Aſtronomici argumenti fuerunt, ſcriptas literas edere ac in plures libros partiri, ita ut primus liber Epiſtolas ad Landgravium aut ab eo acceptas contineret; ſecundus eas complecteretur, qvibus actum (nec proſa modo ſed carmine etiam) cum eruditis amicisq; in Patria vicinisq; degen-*

*degentibus; Tertius a. & ſeqventes illas, qvibus cum aliis remotius degentibus, aut jam actum, aut deinceps agendum. Hinc non longe poſt Epiſtolarum liber ſecundus, Tychone adhuc ſuperſtite, excudi captus eſt, at ex ipſo propter inſecutas turbas nihil prodiit.* Gaſſ. lib. 6. pag. 202. & lib. 4 pag. 137. *Exempla aliqvot inedita Epiſtolarum Tychonis ( qvarum argumentum præcipuum in Vitam Tychonis à Gaſſendo conſcriptam inſertum eſt ) habuit Gaſſendus,* ut ipſe fatetur in vita Tych pag. 260.

8. *Mechanicorum Aſtronomiæ inſtauratæ liber continet inſtrumenta Aſtronomica cùm ea qvæ Uraniburgi in uſu habuit, Iconibus delineata & exſculpta, adjunctâ ſingulorum ſuccinctâ explicatione, tum ea qvæ poſt ſuum è Dania exitum non qvidem depicta & exciſa, ſibi tamen in promptu erant, tum alia miro compendio multa expedientia, qvæ poſt diſceſſum è Dania excogitavit & ſuo tempore elaborare conſtituit; adjunctâ vitæ ſuæ qvaſi Synopſi, ſubjectisq; Jacobi Curtii Procancellarii Imperii Romani & Antonij Magini Patavini Epiſtolis, ut & Tychonis appendice de Architechtonicis ſtructuris tam Uraniburgi quam Stellæburgi erectis obſervationibus Aſtronomicis præſertim congruis, unà cum illarum Orthographia, Ichnographia & explicatione inſulæq; Hvennæ Typographia & deſcriptione. Hic liber à Tychone, cum Wandesburgum appulit, eſt excuſus, qvi in Hvenna curârat non ædificiorum & inſulæ modo, ſed etiam præcipuorum inſtrumentorum Icones æri & buxo incidi, ac deſcriptionem qvoq; adumbrârat qvam adhibiturus eſſet ſingulis. Ideo cælaturas digeſſit deſcriptionesq; omnium abſolvit, ac evocavit Hamburgo Philippum de Ohr Chalcographum, cui devectum Hvenna typographeion committeret ac unà totius operis excudendi curam, ipſe interim præfationem Wandesburgi conſcribens cum ſubjuncta non Tychonis ipſius effigie, ut in Norimbergenſi editione, ſed imagine illa, cui fuit adſcriptum SUSPICIENDO DESPICIO, uti & alia ipſi obverſa oppoſita fuit ad operis calcem cum hac adſcriptione: DESPICIENDO SUSPICIO. Dies porrò ad qvem factam nuncupationem retulit, fuit ultimus anni ſeu pridie calendas Januarias An: CIↃ. IↃ. IIↃ. Poſtea verò maximâ exemplorum parte in Magnates & amicos diſtributâ, Levinus Hulſius Norimbergenſis Bibliopola coëmit, typos æreos buxeosq; Inſtrumentorum & ædificiorum, librumq; hunc Anno à Morte Tychonis proximo 1602. recudit, præmiſſa in fronte Tychonis effigie ex cælato ectypo.* Gaſſend. de Vit. Tych. Lib. 6. pag. 202. & lib. 5. pag. 146. ad pag. 150. & lib. 4. pag. 135.

9. *Epiſtola*

9. *Epiſtola de Confectione Elixiris ad Rudolphum* II. *Imperatorem à Tychone in Arce Imperatoris* Benachia *die* 7. Septemb. *Anni* 1599. *ſcripta, quâ ſuum medicamentum tam adverſus peſtem quam adverſus febrem morbosq; Epidemicos inventum detexit. Hanc Caſparus Bartholinus primò evulgavit in ſuo tractatu de aëre peſtilenti corrigendo, in quem hanc Epiſtolam inſeruit: Poſtea eam ad Gaſſendum ab Olao Wormio per Chriſtianum Legardum Medicum Danum delatam ipſe Gaſſendus Vitæ Tychonis Brahei adjunxit publiciq; juris fecit à* pag. 242 ad pag. 245. confer ibidem pag. 221. 223 & 188. *Hujus Medicamenti deſcriptionem hac epiſtola comprehenſam Rudolphus* II. *Imperator ipſemet per ſuum Capitaneum Brandeiſenſem à Tychone petiit.*

10. *Tabulæ Rudolphinæ Imperatori Ferdinando à Tychonis hæredibus dicatæ, ſunt illæ ad quas condendas Kepplerus à Cæſare calculi miniſter Tychoni Braheo fuit adjunctus. Hoc autem opus ante mortem Tychonis captum poſt ejus obitum, priusquam perfectum, evulgatumq; fuerit, annus ſæculi 27. adventavit. Anno enim nono Kepplerus commentaria de motibus ſtellæ Martis edidit. Anno verò 21. edidit partem doctrinæ Copernicanæ Theoricam, juxta quam deductio Tabularum foret. Tandem ipſæ Tabulæ Ulmæ editæ ſunt An. 27, vel, ut ipſe Kepplerus alicubi memorat, Anno 28. qui Anno deinceps 30, editis Sagani Sileſiorum Ephemeridibus, initio Novembris obiit.* Gaſſ. lib. 6. pag. 199. & à pag. 212. ad pag. 206. *Rudolphinæ verò dictæ ſunt hæ Tabulæ à Rudolpho 2. Imperatore: Sicut Tabulæ Alphonſinæ ex nomine Alphonſi Regis Hiſpaniæ.* Idem lib. 5. pag. 177. lin. 15. ad lin. 22.

11. *Catalogus abſolutiſſimus Mſs. mille affixarum ſtellarum (ducentis nempe interſitis, additisq; ad octingentas, quarum in libro de nova ſtella Canonica expoſitio eſt) cui præmiſſa eſt, loco Præfationis, Epiſtola ſcripta Wandesburgi prope Hamburgum An. 1598. poſtridie Calendarum Januarii ad Rudolphum* II. *in ſtellarum 1000 octavi orbis inerrantium reſtitutionem, quæ ut in* Mſs. *Codice, quem Tycho ad Principem Wolfgangum Theodoricum miſit, habetur, edita extat in Gaſſ. de Vit. Tych. pag. 247. ad pag. 259. Exemplum hujus Catalogi M. S. Imperatori An. 1598. obtulit. Fuit verò Catalogus ille cum adjunctis magnificè compactus in unum cum Mechanicis Codicem, in cujus pagina Mechanices titulum præcedente exaratum manu hoc fuit:*

*Illuſtriſſimo & reverendiſſimo Principi ac Domino, Domino Wolfgango Theodorico Archiepiſcopo Salisburgenſi, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ Legato, Domino ſuo clementiſſimo.*

*Accipe clementi Princeps Wolfgange, favore*
*Organa ſiderias apta notare vias.*
*His ter ſeptenos luſtravimus aſtra per annos,*
*Suſtinuit tantum donec Huenna decus.*
*Aſt ubi tam grandeis ea parvula ferre triumphos,*
*Amplius haud potuit, fataq; verſa retrò,*
*Provida Diva poli cernens inſtare ruinam,*
*Transtulit hæc aliò, quo mage tuta forent,*
*Indignum reputans ſua ſacra perire ſub Arcto,*
*Qvalia vix alibi ſplendidus auſter habet.*
*Ergo Cæſaribus nunc conſecrataq;, dicataq;,*
*Fulta ſub auſpiciis, Magne Rudolphe, tuis.*

*Illuſtriſſimæ & Reverendiſſimæ Celſitudinis veſtræ*
*ſubmiſsé addictisſimus Tycho Brahe D. D.*

Pagina verò antecedens Præfationem cum Catalogo ſic habet.

*Hos qvoq; Stelliferos cape, Princeps inclyte, fœtus,*
*Qvos operoſa diu noxq; diesq; dedit.*
*Debuerant eqvidem qvibus orti, fulgere in oris,*
*Et jubar hinc imos ſpargere ad Antipodes,*
*Ni ſuperis aliter viſum; qvi fata gubernant,*
*Uraniæq; aliter, qvæ ſua ſacra fovet,*
*Neſcia contemni, fraudari, odia invida, noxas,*
*Cenſurasq; rudeis, ſorditiemq; pati,*
*Plurima qvæq; alias fanda, atq; infanda tuliſſet,*
*Regna niſi mallet nunc peregrina ſeqvi.*
*Nec peregrina tamen, cælum tota undiq; Tellus*
*Suſpicit, æthereis invigilatq; viis.*
*Proſperiora igitur cæleſtia Numina ſpondent*
*Tanta nec ingratis ſunt peritura viris.*

Hujus

*Hujus Catalogi plura per ſtudioſos exſcribi curavit Exempla, qvorum deſtinavit aliqva ad celebres Europæ Academias, nonnulla ad Mathematicos præcipuos inprimis vero ad Joannem Antonium Magirum Patavinum, reliqva ad Magnates aliqvos, literarum & literatorum Fautores, unumq; præ cæteris ad eximium Principem Wolffgangum Theodoricum Salisburgenſem Archiepiſcopum* Gaſſ. lib. 5. pag. 149. ad pag. 153. & à pag. 245. ad pag. 347. *Argumentum vero hujus Catalogi & Tabularum explicationisq; ipſi adjunctarum legi poteſt apud* Gaſſ. lib. 5. pag. 150.

12. *Codices obſervationum* M ss. ( *qvos Kepplerus* de nova ſtella Cygni pag. 158. Tychonis Protocollum obſervationum & chaos obſervationum *vocat,* ) *continent obſervationes Tychonis ſingulis noctibus ſine ordine conſcriptas.*

*Obſervationes ipſe Tycho, è Dania diſcedens, in vita ſua ſynopſi inter Mechanica ejus exiſtente* diviſit *in* pueriles *ſive* dubias, Juveniles *ſive* mediocriter ſe habentes, & viriles, ratas *ſive* certiſſimas. Pueriles *ſunt qvas Lipſiæ in ſua pueritia uſq; ad annum ætatis 21. peregit.* Juveniles *qvæ poſtea uſq; ad unum 28. ab eo ſunt obſervata.* Viriles *ſunt qvas Uranıburgi exactiſſimis inſtrumentis in maturiore ætate per 21. ferme annos uſq; in ætatis annum completum qvinqvageſimum maxima ſedulitate demenſus eſt.*

*Has Obſervationes Kepplerus ab exceſſu Tychonis, ad manus ſuas bona fide recepit. Hi verò* Codices *Mſs. Obſervationum ab Anno* 1563 ( *qvo Lipſiæ, juxta ætatis ſuæ annum 16. completum Literis humanioribus operam dedit* ) *uſq; ad annum* 1601. *qvi Tychonis ſupremus fuit,* ( *theſaurus antiquitatis in arte hac pretioſiſſimus, Ros obſervationum, Imber Regni Danici,* ut ſcribit. Eraſm. Bartholin in Dedicat. ad ſpecimen recogn. obſerv. Aſtron o. Tych. Brah. ) *apud Orbis Arctoi Monarcham Fridericum III. hodie adhuc in ſalvo, inq; cuſtodia Excellentiſſimi Viri Eraſ. Bartholini Medicinæ & Matheſeos Profeſſoris Hafnienſis Regii ſunt, ut ſumptibus Regiis ejus curâ & ſtudiô excudantur elegantiſſimâ formâ & non minori fide qvam ſunt authographa ipſa. Voluminum horum ſeptem forma majore viſuntur, in Folio vocant; unum qvarta, atq; alterum octava chartæ partis magnitudine; qvæ addito uno Volumine obſervationum Cometarum in qvarto. Decem numerantur. Non vero multi effluxerunt Anni cum Bibliotheca dicti Regis aucta ſit hiſce voluminibus* M ſs. *obſervationum Aſtronomicarum primigeniis & autographis, unde deſcripta fuere illa Volumina qvæ in Bibliotheca Cæſareæ Majeſtatis, reſervantur, in qvibus obſervationes*

*in meliorem ordinem juxta Annorum ſeriem ſunt redactæ* ut Tycho ipſe in Mechanic: oper teſtatur. *In hoc Autographo pleræq; obſervationes, priorum præſertim Annorum, manu ipſius Tychonis leguntur conſignatæ, multa tamen manu Longomontani, Witichi ejuſq; domeſticorum. Titulus qvoq; ſcripturam manus Brahæi præfert his verbis:* ***Obſervationes Aſtronomicæ Uraniburgi in Inſula Hvenna habitæ, qvales tunc temporis cum cælitus acciperentur raptim & ſubito ductu in hiſce pagellis annotatæ ſunt, ut poſtea in alio libro ordine certo & meliore ad mundum deſcriberentur.***

*Anno verò præcedenti 1666. Obſervationes Tychonis Brahæi (qvas Rudolphus II. ex Dania in Bohemiam una cum ipſo Auctore Braheo traduxit, Ferdinandus II. in tabulas concinnatas orbi literato prægustandas exhibuit, Ferdinandus III. bellorum hominum & temporum injuriis deperditas, è ſitu, ſqvalore & interitu per Georgium Martinizium Regni Bohemiæ ſupremum Cancellarium vindicavit; Leopoldus I. nunc publicas eſſe voluit) ab Anno 1582. uſq; ad annum 1601 (exceptis obſervationibus Tychonicis Anno 1593. qvibus ſuffectæ ſunt obſervationes Haſſiacæ & Catalogus fixarum à Gvilhelmo Haſſiæ Landgravio operâ Rothmanni aut Juſti Birgii paratus ac digeſtus* vide Comment. Tychon. part. 2. pag. 547. & 548.) *20. libris complexæ editæ ſunt Auguſtæ Vindelicorum in Fol. ſtudio Lucii Baretti (qvem Kepplerus Ulmâ reverſus An. 1627. familiariter convenit) ſub titulo* HISTORIÆ COELESTIS, *& in duas partes diviſæ; qvarum prior continet obſervationes Uraniburgicas ab Anno 1597. ſedecim libris incluſas, præmiſſo Lucii Baretti libro prolegomenos de obſervationibus Babylonicis ab anno ante Christum 721. uſq; ad Annum 432, Græcanicis ab anno ante Chr. 432. ad initium æræ Christianæ, Alexandrinis ab initio æræ ad annum* Chr. 827, *Syro Perſicis Ab An:* Chr. 827 *ad An* Chr 1457, *Noricis ab A.*C. 1457 *ad An:* 1509, *Prutenicis ab An.*Chr 1509 *ad An.* 1529, *miſcellaneis ab An: Chriſti* 1529. *ad Annum* 1582. (*poſt Copernicum ab Appiano Junctino, Ræstino; ac ſubinde poſt Gvilielmo Haſſiæ Landgravio obſervatis) qvo Anno ordiuntur hæ obſervationes Tychonicæ, Gregoriusq;* XIII. *Pont. Max. Calendario Juliano novas leges dixit, ut ad Nicenos,* Canones *&* SS. *Patrum decreta proprius decurrerent: qvibus adjunguntur non ſolum 72. Summaria eorum, qvæ ab hiſce obſervationibus Cultores Aſtronomiæ expectent, verum etiam Qvadrantis Auguſtani Dioptrarum & diviſionum Braheanarum Braheanorumq; Inſtrumentorum Aſtronomicorum qvorundam figura & explica-*

*plicationes: Pars poſterior continet obſervationes tum Wandeiburgicas inchoatas die 21. Oct. An. 1597. & continuatas ad 1598. finem, tum Wittebergenſes, Pragenſes &* Benatvianas *An 1599 & 1660. uſq; ad diem 12 Octobris An. 1661. qvatuor libris incluſas. Finem verò hujus 2. partis impoſuit liber Paralipomenos continens ea qvæ poſt obitum Tychonis obſervata & à* Schickardo *conſignata curaq; Ferdinandi III. Imper. reperta ſunt. Cæterum in hac obſervationum Brahæanarum editione Auguſtana non ſolum deſiderantur obſervationes ab Anno 1563 ad Annum 1582. nec non integri Anni 1593. verum etiam inſignes maximè errores partim exſcriptionum partim Typothetæ incuriâ occurrunt, animadverſi ab Eraſmio* Barthelino *Mathematico Haffnienſi Regio ex collatione cum Autographo dicti Friderici III. qvi errata editarum obſervationum* Tychonicarum *Anni 1582. Haffniæ initio hujus Anni publicavit, perfectiorem omnium obſervationum* Tychonicarum *ut & omnium reliqvorum* Tychonis *Brahæi partim nondum excuſorum partim non venalium editionem pollicitans.*

Sedes vero *Aſtronomiæ Brahæanæ imprimis fuêre* Uraniburgum, *Wandesburgum An: 1597, Arx Bohemiæ Benatica Anno 1598, Horti Cæſarei Pragenſes Anno 1600, & tandem domus* Curtiana *An.* 1601.

*Icones vero Wandesburgi, Arcis Benaticæ, Horti Cæſarei Pragenſis, ædiumq;* Curtianarum *exhibentur in prolegom. Obſerv. Tych.* pag. 108. Confer. ibid. pag. 109. 110. *De obſervationibus Tychonis plura qvi volent, petant Gaſſ.* pag. 206 ad 216. & Lucii Baretti prolegom. obſerv. Tychon. pag. 122. 123.

13. *Reſponſio Apologetica ad cujusdam Scoti Ariſtotelici Philoſophi & Medici Galenici, Mathematiciq; eximii dubia & argumentationes, qvibus libri ſecundi Progymnaſmatum aſſertiones de cometa Anni 1577. qvoad ſitum ejus cœleſtem labefactare conatus eſt, qvæ unâ cum dicti Scoti Epiſtola & Capnuraniæ reſtinctione adjuncta eſt libro ſecundo Progymnaſmatum* Uraniburgi 1588. *in lucem emiſſo.*

Seqvun-

# Seqvuntur jam nonnullæ Tychonis Brahæi Epiſtolæ hactenus necdum editæ.

*Tychonis Brahe Epiſtola ad Caſparum Peucerum Wittebergenſem olim Profeſſorem primarium* de qvo vide Gaſſend. de Tychon. vita lib. 3. pag. 93. *ante nonnullos Annos in Viri cujusdam eruditi Bibliotheca à me reperta.*

## CASPARO PEUCERO.

HAbebam jam dudum in votis tecum, ut coram, cum Witteber- gam olim tranſirem, ut etiam poſtea abſens per literas amicitiam pergratam contrahere, Vir doctrina varia & virtute excellenti celeberrime: Verum cum commoditas nulla ſatis opportunè id efficiendi interea ſeſe obtuliſſet, coactus ſum in præſens uſq; tempus id ipſum differre. Occaſionem verò diutinum hoc meum deſiderium jam tandem aliqva ex parte complendi dederunt literæ Ampliſſimi & Nobiliſſimi viri D. Henrici Rantzovii, Vicarii Regii inHolſatia, Mathematicarum rerum ampliſſimi. Addebat enim illis transſcripta qvædam eorum, qvæ de nova mea inventione diſpoſitionis revolutionum cœleſtium ipſi nuper transmiſeras; rogavitq; ſimul is, ut dubiis ejus, circa delineationem tibi à ſe communicatam, maturè occurrere vellem: qvod etiam ut in utriusq; veſtrum gratiam præſtarem, has ad te literas dare non intermittendum duxi, qvibus ut plenius tuæ exſpectationi,& dubiorum reſolutioni, ſatis fecit,paulò altius,ab ipſa videlicet prima occaſione inventionis hujꝰ hypotheſeos ordiendum,& aliqvanto diffuſius de hac materia diſſerendū video, idq; nunc aggrediar. Cum ab ineunte ætate inter alias Philoſophiæ partes Aſtronomico ſtudio, vel invitis & reluctantibus ipſis Pædagogis eſſem impenſè naturæ qvodam inſtinctu addictus, & ſtatim in pueritia Lipſiæ ſtudiorum gratia commoratus, annumq; ætatis agens decimum ſeptimum per radium Aſtronomicum Planetarum curſus à fixis Syderibus ſæpius ſerenis noctibus remeare; animadver-

madverti eorum apparentias, in Copernicano qvidem calculo ſatis præciſè congruere, nedum Alphonſino, qvi jam pene, abſoleverat. Cœpi exinde diu, multumq; mecum penſitare, unde hæc à cœlo ipſo, tam evidens diſcrepantia oborir etur, an verò obſervationum ab artificibus non rite inſtitutarum, an etiam ob Hypotheſium aſſumptarum inſufficientiam & falſitatem: Cumq; aliqvot annis hanc rem variè revolverem, accreſcente jam ætate & judicio, una cum ea magis magisq; matureſcente, tam Alphonſinas ſive Ptolemaicas hypotheſes, qvam Copernianas diligentius inſpexi, & in earum ratiocinationes penitius diſqviſivi: tandemq; animadverti in veteribus illis hypotheſibus, inde à Ptolomæo, ejusq; quibusdam anteceſſoribus, uſq; ad nos deductis, ut ut magna ex parte apparentias cœleſtes excuſarem, tamen qvod motus circularis regularitatem non circa proprium ſed alienum qvoddam centrum fieri admitterent, contra prima artis principia peccare, quod ipſe etiam Copernicus in hiſce culpaſſe videtur. Præterea Epicyclos tot & tantos, qvi ibidem etiam aſſumuntur, multum ſpatii in cœlo occupare & ſuperfluos eſſe: Si paucioribus res omnis abſolvi poſſet, judicavi, magnumq; de his ſcrupulum mihi injecit; qvod nulla neceſſaria cauſa ut combinatio naturalis ſubeſſet, cur ſuperiores Planetæ Soli ita alligarentur, ut huic conjuncti ſummitatem Epicyclorum ſemper occuparent, in infimo verò eorundem loco eidem opponerentur, & bini qvos inferiores vocant, ſemper eundem medium locum cum Sole ſortirentur, illiq; in apogæo & perigæo epicyclorum copularentur. Hæc inqvam non colligere licuit, habere certam & evidentem combinationis rationem, ſiqvidem tanto intervallo ab invicem diſtarent hæc ſydera, adeo ut hæc concatenatio mutua, ſi ad eum præcisè modum fieret, neceſſitatem aliqvam competentem ſubeſſe, ut omnia in ea ita evenirent, mihi minus apparuerit conſentaneum: At potius vel hanc ſolam ob cauſam, in his aſſumptionibus coactum qvid, diſſonum & ſupervacaneum latere non citra rem ſuſpicabar. In altera verò neoterica ſummi illius Copernici diſtributione, abſurditas, circa triplicem telluris motum, ſtatim obſtiterunt, in primis vero qvod ad annuum illud centri, & axis declinationem in partes contrarias. Licet enim reliqvis, qvæ in Ptolemaica diſpoſitione diſcohærentia & ſuper

perflua inveniuntur, opportune mederetur, nihilq; contra Mathematica principia delinqveret; Tamen cum jam regularem, perfectum, minusq; intricatum motum, terræ pigro & ignobiliori corpori attribueret, non parum ſuſpecta reddebatur hæc asſumptio, præſertim cum Sacræ Literæ non paucis in locis illi apertè reclamitent. Hinc de utraq; harum hypotheſium non parum dubitavi, cum aliqva earum recte ſe haberet. Cum vero nulla alia daretur, qvæ apparentiis cœleſtibus conſona foret, & homo centricorum à qvibusdam excogitatum figmentum nimis violentum eſſet, perq; multorum orbium inextricabilem hinc inde retractionem, abſurdum ſimul, imo ridiculum deprehenderetur, nec etiam ipſis apparentiis in acceſſu & receſſu planetarum ad terram ſatisfaceret. Idcirco, his dubiis diu implicatus, ad nulla ſtatim ſuccurreret (ut dixi) hypotheſium innovatio, qvæ his omnibus convenientiis ſubveniret, conſtitui periculum ſaltem facere, qvænam earum, qvæ hactenus inventæ erant, veritati proprius accederet: Idq; per Martis potiſſimum ſtellam me expiſcari poſſe confidebam, qvem nimirum ex acronichia terræ appropinqvaret: Si enim tunc nobis proprius accederet, qvum ipſe Sol, Copernianam ſpeculationem prævalere; ſin minus, tum Ptolemaica potius ſtandum arbitrabar. Tandemq; magna diligentia, nec parvis ſumptibus conqviſitis variis organis Aſtronomicis, qvibus ſyderum motus centraliter, non ſaltem in ipſo ſcrupulo, ſed etiam in ejus dimidia videlicet parte explorari certo poſſent, hanc ſubtilem conſiderationem aggredi non verebar: idq; potiſſimum anno 1582. cum Mars pernox ſoli factus opponeretur in Cancro, & inſuper per Boream latitudinem ſublimior qvotidiano circuitu redderetur. Habitis itaq; tum pluribus accuratis obſervationibus, tam circa ortum qvam occaſum, ejusq; per meridianum tranſitum, deprehendi Martem majorem cauſari parallaxim, qvam ipſum ſolem, ideoq; etiam terris propinqviorem, cum achronychius eſt, fieri: aſtipulante unà motu ipſius diurno, cum Copernianis potius numeris conſentiente, eò qvod paulo celerius certo dierum intervallo in antecedentia repedaret, qvam Alphonſinorum concederet, à Ptolomæo diducta ratiocinatio, idq; ob minorem à terris diſtantiam, qvi motum paulo intentiorem, apparere efficiebat id cum ♂ ſatis exploratum haberem: & idem etiam in ♀ aliqvoties à me interdiu, adeoq;

adeoq; in ipſo meridiano obſervata & juxta occaſum collatione facta, imo & alia qvadam peculiari ratione, Anno 1587. circa diem 24. Febr. qvam inter unam vel alteram diem, eam tam veſpertinam qvam matutinam, (qvod alias rariſſimum eſt) vidi, motum apparentem cum ea qvæ ratione parallaxeos fieret conferendo, comprobaſſem: Ita ut Ptolomaicis Hypotheſibus hæc omnia minimè congruerent, impellebar, ut poſtmodum magis magisq; Copernianæ inventioni fidem attribuerem. Obſtabat nihilominus plurimum circa terræ revolutionem tam ordinariam & perpetuam nimia abſurditas, & ſacrarum inſuper literarum contrarium aſtruentium irrefragabilis authoritas. Qvare hoc negotium hinc inde varie evolvens de alia hypotheſium ordinatione mecum ſtudioſe deliberavi; Rem primo impoſſibilem moliri viſus ſum, at tandem ferè ex inſperato ſuccurrebat, ſi ſol centrum qvinqve planetarum conſtitueretur, & nihilominus circa terram in medio univerſo, qvieſcentem annuatim concopulantibus per centrum, ideoq; & ipſam circumferentiam reliqvorum qvinq; planetarum circuitibus convolveretur, ut terra centrum præberet revolutionibus ſaltem ſolis & Lunæ cœteraq; omnia in cludentis altiſſimæ octavæ Spheræ, ſi, inqvam, eo modo revolutiones cœleſtes ordinarentur, tunc omnia qvæ in Ptolomaica & Coperniana aſſumptione abſona & irrita ſupervacaneaq; incidunt, tolli & præcaveri. Sed nihilominus adhuc ſcrupulum injecit qvod orbis Martis reſpectus ſolaris tantus non inveniretur, ut eum totaliter includere poſſet, verum duobus in locis neceſſariò ipſum penetraret. Eram enim adhuc diu recepta & ab omnibus fere approbata opinione imbutus, cœlum eſſe qvibusdam realibus orbibus ſidera circumferentibus refertum, ideoq; hanc orbium incongruam penetrationem non admittendam duxi, indeq; evenit, ut hæc propria inventio mihi ipſi aliqvamdiu ſuſpecta fuerit. Tandem vero cum ex qvorundam Cometarum annuata circa motum & parallaxes eorum examinatione, certo exploratum haberem, in ipſo cælo longè ſupra lunam, curſus ſui normam abſolviſſe, & nihilominus nullis corporeis & realibus orbibus, qvibus planetæ vehi creduntur, fuiſſe obnoxios, ſed peculiarem qvandam ab his motus rationem inveniſſe, ut latius & exqviſitius in opere noſtro de his aſciticiis cœli phænomenis demon-

ſtratur, præſumptionem illam de orbium cœleſtium dura & impervia materia, prorſus abjeci. Acceſſit & hoc. qvod duo etiam Cometæ, qvi juxta oppoſitum ſolis ferebantur ſatis evidenter oſtenderint terram annuatim revera non convolvi, ſiqvidem hujus commutatio non detraxit qvidpiam, eorum prædefinito & proportionabili motui, ut in planetis, qvi ob retroagi à Copernico exiſtimantur, uſu venit. Tandem itaq; utrisq; fundamentis, tam Copernianis qvam Ptolomaicis ab ipſa experientia everſis neotericam hanc inventionem citra omne dubium recte ſe habere animo confirmabar, præſertim qvod perſpicerem è cometis, ut dixi, cœlum liqvidiſſima & propria ſubſtantia conſtare, nullisq; orbibus duris & realibus ut tot jam ſeculis falſo, creditum eſt, abundare, ne ob id nihil obſtaculi ingerat, qvod Martis imaginarius orbis ſolarem non totaliter includat, ſed duobus in locis interſecet. Siqvidem orbes iſti corporaliter cœlo non inſunt, ſed tantum ex motu ſyderum fieri intelliguntur. Contuli mox intra qvadriennium proximum exactiores apparentias in motu qvinq; planetarum, cum hac noſtra Hypotheſi, & animadverti eas qvam compertiſſimè illi congruere, veterumq, unà obſervationibus abunde ſatisfacere. Imo qviddam aliud in hac latere, qvod peculiarem qvandam inæqvabilitatis apparentis occaſionem præſertim in motu Martis (ob ſolaris orbis ad ejus circuitum admodum ſenſibilem & magnam comparationem) excuſaret, qvæ per anteceſſorum aſſumptiones neqvaquam ſalvari poſſet, ut ob id, aliqva ex parte, curſus præſertim Martis prorſus inexploratus hactenus manſerit, qvodve à veteribus animadverſum eſt, ſiqvidem Plinius ipſum ſydus eſſe inobſervabile affirmare non dubitat. Qvapropter nihil amplius hæſitans, meam neotericam inventionem, undiqvaq; recte conſtare, nihil abſoni vel Mathematicè vel Phyſicè ſuggerere, illi ſoli revolutionem cœleſtium redintegrationem ex obſervationibus Veterum & noſtris, ſuperſtruere in animum induxi, attamen ejus probationem in opus noſtrum Aſtronomicum, qvod de totius artis inſtauratione elaborare favente Divino auxilio, decrevi, differendum cenſui: Verum cum Cometa, Anno 1577. qvi ſe etiam circa ſolem non minus qvam planetæ ipſi convolvebat, me invitaſſet, ac dum ipſius apparentias, per competentem hypotheſin ſalvare elaboro, hujus

in

in mundana compagine hypothipoſis ratiocinationem indicatione generaliori patefacerem uſq; in operis aſtronomici promulgationem, mutata ſententia, rem omnem non differendam conſultius judicavi Cum verò prædicto Nobiliſſimo Henrico Ranzovio amico meo ſingulari, juxta ipſius petitionem aliquot exemplaria ſecundæ partis operis noſtri de recentioribus ætherei mundi Phænomenis communicaſſem, intelligo illum delineationem hujus hypotheſeos, qvæ capite 8. ibidem reperitur, tibi & aliis qvibusdam eruditis in Germania excerptam transmiſiſſe, neglecta tamen ejuſdem, qvæ illis addebatur, ſuccincta explicatione; qvam ſi una adjunxiſſet, utiq; nec tu nec alii in tam facile reſolubilia circa ſuam ratiocinationem dubia incidiſſetis, qvæ poſtea minimo labore expediam. Mitto autem tibi hunc eundem librum, ex qvo Nobiliſſimus Rantzovius hanc hypotheſeos deſignationem deſumpſit, qvi de Cometa An. 1577. luculenter tractat, eſtq; operis ejus de qvo dixi, ſecundus; Nam primus de admiratione illa ad Caſſiopæam Anno 1572. exorta nova ſtella affatim agit, ubi qvædam præmittuntur, qvæ toti arti inſtaurandæ fundamenta ponunt, qvalia ſunt, qvæ de ſolaris curſus ad noſtra tempora exacta, per certas obſervationes, demonſtrationes, reſtitutiones, deq; affixarum ſtellarum exquiſita verificatione proponuntur. In eodem qvoq; libro aliorum circa hanc ſtellam obſervationes & placita, ſub incudem veritatis revocantur, unaq; tuæ olim Vitebergæ habitæ, ſed inſtrumentis minus idoneis, animadverſiones. In tertio tomo, de aliis tribus qvibusdam Cometis poſt obſervatis, mea inventa, deciſionesq; expono, & cum aliorum in iisdem placitis confero, diſqviſitione in ſingulis adhibita diligenti; Qvibus omnibus tandem ſubjunguntur qvædam magna corollaria, qvæ ex illis derivari poſſunt. Qvalia ſunt cœlum non conſtare ex orbibus realibus, & in prævia ſubſtantia, nullos dari revera epicyclos, terram annuatim nullatenus convolvi, ut voluit Copernicus & noſtram hypotheſin cœleſtium ordinationem, rei veritati omni ex parte congruere, nullamq; aliam dari, qvæ cunctis reqviſitis ſufficiet. Taliter vero per hos tres neotericorum, & aſcititiorum in cœlo phœnomenorum libros, viam ſternere & fundamenta ponere volui, ad opus illud quod perpetuorum & mundo coævorum

 ſyde-

ſyderum revolutionibus, ex ipſo cœlo, faciente ipſius cœli opifice reſtituendis inſerviet: Ideoq; hanc peregrinarum & ſecundariarum ſtellarum deſcriptionem præmittendam conſultò judicavi, idq; non ſaltem ob horum aſcititiorum ſyderum ſitum & motum penitus cognoſcendum, ſed multo magis etiam ob totius artis Aſtronomicæ redintegrandæ huic convenienter deductas occaſiones. Ipſum verò opus Aſtronomicum in 7. libros diſtribuere conſtitui: Qvorum primo agam de Mechanica hujus artis parte, qvæ inſtrumentorum à me excogitatorum fabricam & uſum exponet: qvalia nunc plura qvam 20 in promptu habeo, non ſolum magnitudine, ſed etiam materiæ ſoliditate, fabricæ varietate, uſus & certitudinis inter obſervandum commoditate & correſpondentia incomparabilia. Secundo de iis, qvæ è triangulorum & numerorum doctrina Aſtronomicis rebus ſubſidio veniunt, tractaturus, ubi compendia qvædam reſerabuntur anteceſſorum noſtrorum nimios & indefeſſos labores plurimum collevantia. Hæc, inqvam, in duobus prioribus libris, cœteris inſervientia proponere expeditius duxi, ne poſtea in reliqvo opere, qvando de apparentiis, ipſis limitandis & ſalvandis ago, negocium mihi faceſſant; qvod aliis noſtris anteceſſoribus eveniſſe video. Tertius liber octavæ Sphæræ & fixarum ſtellarum verificationem exqviſitam continebit. Qvartus ſolis & Lunæ circuitibus ratis ad terram qvieſcentem directis rationes præciſas ſuppeditabit. Qvintus duorum planetarum, qvi ſolum quidem, ſed non una terram ambiunt utpote Veneris & Mercurii, apparentias enodabit. *S*extus autem reliqvorum trium ſc. ♂ ♃ & ♄ qvi ſolem ambientes, terram & totum elementarem mundum includunt, irregularitates viſui noſtro incurrentes ſalvabit. Septimus latitudines horum qvinq; planetarum ſcrutabitur, in qvibus etiam non minus qvam ipſis longitudinibus multum adhuc latet erroris, adeo ut ſæpenumero in ipſo cœlo, boreæ ſenſibiliter reperiantur, cum in numeris tabularum Auſtrales proponuntur, & contra. Operis autem hujus publicatio adhuc aliqvot annorum procraſtinationem exigit; vix enim infra qvinqvennium vel ſexennium abſolvi poterit, neq; id tam ob immenſum & diutinum laborem, qvi reqviritur in mediorum motum & potiſſimum προσαφαιρεσεῶν tabulis in ſingulis planetis de novo condendis, qvam qvod plura adhuc deſiderem in

remo-

remotioribus & ſolem ambientibus Planetis Acronychias obſer-
vationes,præſertim in diſtantioribus Eccenterici locis(ut cùm vete-
ribus loqvar,nam noſtræ hypotheſes,non ſolum epicyclos,ſed etiam
Eccentricos & æqvantes tollunt ) idq; potiſſimum in ♄ & ♃
maximè autem in ipſo ♄, ob motus ejus tarditatem ut collatione in
his omnibus cum veterum, inprimis autem Ptolomæi annotationi-
bus facta circulorum proportiones & motum congruentiam exqvi-
ſita indagine perveſtigare,demonſtrareq; & ſub numerorum cogni-
tionem revocare liceat.Interea favente Divino Numine,eaſucceſſi-
one promittam, qvæ ad hoc totum negocium facere videbuntur,
& prima qvaq; occaſione ex eo,qvod tam diutinam dilationem non
reqvirant, abſolvi poterint, qvalia ſunt, qvæ 4 vel qvinq; priori-
bus libris continebuntur, daboq; operam ut in hoc toto opere
omnia apparentiis cœleſtibus, tam veterum ætate qvam noſtra, &
ob id etiam poſterorum ad amuſſim correſpondeant, qvod eqvidem
à nemine, qvi tam excellentem laborem exantlare conatus eſt, ha-
ctenus præſtitum eſſe, te dudum perſpexiſſe, nullum apud me eſt
dubium. Nam licet ille incomparabilis vir Copernicus, multa à
Veteribus minus recte prodita emendare laborârit, tamen ob in-
ſtrumentorum (ut rectè etiam ſuſpicaris)minus exactam conforma-
tionem, uſumq; non omnino infallibilem, obſervationes irritas ob-
tinuit. Ingenium certe & ſcientia ad hanc cognitionem & reſtitu-
tionem illi abſolvendam ( ſicut alteri ) non defuit, ſolummodo me-
diis Mechanicis, qvibus utebatur non recte ſe habentibus, & non
prius, ( qvæ oportuit ) rectificatis affixarum locis.Habeo Paralla-
ticum ejus inſtrumentum mihi à Canonico qvodam Varmienſi do-
no miſſum, qvod è ligno abiegno conſtat, & diviſionibus attramen-
to in eo ſignatis, ſatis oſtendit, eum in his non reqviſitam habuiſſe
diligentiam : Qvod autem meæ aſſertioni de liqvidiſſima & ſubti-
liſſima cœli materia tam belle aſtipularis, eamq; Sacrarum inſuper
Literarum teſtimonio confirmas, mihi pergratum eſt; tuum enim
graviſſimum de rebus judicium, & altam in plurimis ſcientiam diu
magni feci, facturusq; deinceps. Locum illum qvem ex Eſai 40.
v. 22. citas, Caſtalio, cujus verſione admodum delector, paulo ali-
ter Latinitate donavit. Sic eum interpretatus eſt : Qvi cœlos qvaſi
membranam intendit, utq; tabernaculum expandit ad inhabitan-

 dum

dum. Sed vetus expoſitio veri ſimilior videtur, cui & aliæ propius ſubſcribunt. Caſtalio elegantiæ ſtudens, interdum à genuina verborum interpretatione deflexiſſe videtur. Alter locus Jobi cap. 37. v. 18. qvo contrarium aſſeverari prima fronte apparet, qvia cœlos chalybis inſtar induratos eſſe dicit, rectè à te cum priore conciliatur, dum ſoliditatem & firmitatem conſtantiamq; perpetuam naturæ revolutionisq; cœli, & eorum, qvæ in eo continentur corporum, potius qvam materiæ compagem reſpici illic eruditè & convenienter exponis. Prædictus Caſtalio in verſione hujus loci noſtræ ſententiæ minus qvam antiqvus interpres repugnat, dum ſic latinè reddit: An æthera cum eo deduxiſti ita firmum, ut concretus eſſe videatur. Sed hæc Hæbraicæ lingvæ excellenter gnaris diſcutiendà relinqvo. Qvidam Hiſpanus Franciſcus Valleſius nomine, vir, ut ex ejus ſcriptis apparet, varia eruditione imprimis excellens, in libro, qvem de Sacra Philoſophia inſcripſit, qviq; hoc anno Lugduni editus eſt, cap. 51. ex hoc ipſo loco Jobi, ſecundùm veterem interpretationem, qva tu etiam uſus es, citato ab antiqvis Philoſophis, Pythagora, Parmenide, Platone & Ariſtotele, receptam opinionem confirmare conatur, cœlum videlicet conſtare ſubſtantia qvadam firmiſſima & ſolidiſſima, orbesq; ipſos revera huic ineſſe, omni adamante ſolidiores & duriores, ita ut penitus dividi diſtrahiq; neqveant. Verum is nimis literaliter hunc locum, ut qvosdam etiam alios, intellexit, nec ea qvæ in contrariam partem ab Eſaia & alibi dicuntur, conſideravit. Qvæ vero Philoſophicè cõtra cœli liqvidiſſimam & perviam undiqvaq; ſubſtantiam, ratione raritatis & denſitatis, atq; vacui, & qvod non perpetuo regulariter per ſe moveri poſſunt aſtra, diſſerit, minus valida ſunt, ut alibi oſtendemus, idq; tibi facile apparebit, ubi ejus argumentationes ibidem prolatas penitius introſpexeris. Sed & tandem in abſurditatem prolabitur, ut ætheris totius è 4. Elementis (qvæ tum ut rem plauſibiliorem reddat, cœleſtia nuncupat) compagem conſtare non vereatur. Nec mirum cum idem Author capite primo ejusdem libri, per ea qvæ dicuntur in initio capitis 2. Geneſeos: Perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum, complevitq; Deus die ſexto opus ſuum; & præterea ex dicto hoc tertii capitis Eccleciaſtici didici qvod omnia opera Dei perſeverent in perpetuum; perperam

&con-

& contra omnem experientiam aſtruat ſtellã qvæ Anno 1572. juxta ſedile Caſſiopeæ (qvum illi ad genua ejus inconſiderate reponit) omnium prima exorta, tandemq; diſparuit nullatenus fuiſſe novam. ut neq; eam qvæ ab Hyparcho, referente Plinio, animadverſa eſt, de qva qvidem, cum ipſas Hyparchi obſervationes non habeamus, nihil certi ſtatuere volo. Sed qvantum nova illa ad Caſſiopæam dicto anno & ſeqventi conſpecta, à Scopo veritatis declinaverit, è libro noſtro primo & recentiorum cœli phænomænorum apertiſſimum evadet. Et qvam qvæſo citra omnem ſenſum & rationem ſtatuit ſtellam illam ſemper illic fuiſſe à mundi principio & adhuc permanere, ſed tam exiguam ut videri, niſi debiliter neqveat; at tum viſam eſſe increſcere usq; ad primam magnitudinem, ob aliqvam medii mutationem, qvæ in ipſis orbibus cœli, non ubiq; æqvaliter craſſis, contigerit: ita ut ſtella hæc inciderit in partem aliqvam proximi cœli craſſiorem reliqvis, per qvam denſatum lumen, majoris ſtellæ ſpecimen aliqvamdiu exhibuerit, & deinceps hac diſcedente ſtellam minorem redditam ☉ ſpeculatio ſic unum abſurdum parit alterum, nam cœlum nullis conſtat orbibus compactis, & revera illis exiſtentibus, ne dum ut illi in qvibusdam locis rarioris, in qvibusdam denſioris ſubſtantiæ ſint: Veluti qvidam etiam Homo centri effectores ſomniarunt. At deniq; id ipſum concedi poſſe, qvi tunc fieret, qvod eadem Caſſiopeæ ſtella, non ſæpius ita illuminaretur præter ſolitum: & dum illa denſior cœli particula hanc pertranſiret, cur non alias vicinas eodem modo miraculoſo lumine auxit? Vel cur non ſæpius in reliqvis affixis ſyderibus idem conſpicitur? Cur tanta ſit earum copia & præter cœlum totum diſtributio, ut neceſſariò illæ partes orbium, qvæ denſiores finguntur, ſub aliqvibus illarum permotus ſui continuationem aliqvam præterlabentur, easq; ſimiliter ſolito longe majores redderent? Qvod tamen tot jam ſeculis à ſolo Hyparcho ſi ita ſe habet & noſtro ævo in mirando illo apud Caſſiopæam phænomæno non animadverſum eſt. Sed hæc & plura alia, qvæ liber iſte, aliàs admodum ingenioſe conſcriptus, & multiplici variarum rerum cognitione refertus, nimis literali ſenſu, è ſacris oraculis proponit, nunc mittamus, ſiqvidem contra præſens negotium divagari nos faciant: Præſertim cum de pleriſq; in eo contentis, & ad rem potiſſimum Aſtronomicam facienti-

bus

bus alibi diſqvirere animus ſit. Nihil igitur obſtabit vel è ſacris Bibliis vel Philoſophorum decretis, qvin cœli materiam liqvidiſſimam & omni aëre tenuiorem, ſubtilioremq; certò ſtatuamus. Nam qvod Ariſtoteles, licet contrarias partes tueri plurimum laboret, ſibi ipſi nihil ominus contradicat, dum mentes Aſtrorum motui præeſſe aſſeverat rectiſſimè à te infertur: id enim longè aliud eſt, qvam circumgyratione certorum orbium, qvibus affligerentur, convolvi. Video te Hypotheſeos meæ delineationem nudam mediocriter bene è ſolo intuitu percepiſſe; nam in ea, qvæ ad qvinq; planetas circa ſolem tanqvam centrum revolutos amboq; luminaria & octavam Sphæram, ipſam terram in medio univerſi qvieſcentem reſpicientia omnia rectè expoſuiſti: Qvod autem dubitas, cur octavam Sphæram ima parte à cæteris ſtellis pictura tanta capacitate disjungat, facilis eſt reſolutio. Dum enim omnes qvinq; planetæ circa ſolem Ducem & Regem ſuum gyros ducunt, oportet centra orbium imaginariorum, qvos circa eum deſcribunt, annuatim unà cum ipſo convolvi: hincq; fit ut ſemper ea pars orbium, qvæ ſoli opponitur, intermediante terra, remotior ſit ab octava Sphæra, qvam altera, & licet tunc appareat ibidem majus ſpacium vacuum tamen ſole circumeunte, & in alteram partem delato, rurſum idem impletur, & vacuitas ea qvæ putatur eſt tunc ab altera parte ſicq; circumcirca evenit, per totum infra octavum orbem curriculum, alias enim non eſſet locus qvod acceſſu & receſſu planetarum ad terram, eorundemq; circa ſolem annua, per totos orbes circumgyratione. Habuit etiam qvidem alius mathematicus mihi ignotus aliud qvoddam dubium, in hac hypotheſis noſtræ ordinatione, de qva etiam ad Nobiliſſimum D. Henricum Ranzovium perſcripſit, & hypotheſes has illi ante biennium per qvendam meum fugitivum miniſtrum communicatas indicavi. Hæſitat verò ille in hunc modum: Si ♂ & ſol in eundem locum, ubi eorum orbes ſe interſecant, aliqvam devenerit, ita ut ♂ latitudine prorſus careat, qvam ſe non impediant, cum duo corpora non poſſint eſſe in eodem loco Verum hæc dubitatio multum non ingerit ſcrupuli, cum nunqvam id fieri poſſit qvod ipſe veretur, apparet enim eum non ſatis percepiſſe hypotheſeos noſtræ inductiones. Qvinamq; fieri qveat ut cor Martis circuitus ſolem ſemper pro centro non minus qvam cœteri planetæ, reſpicit, illi nunqvam occurrat.

Id

Id enim non magis datur, qvam circumferentiam alicujus circuli centro ejusdẽ uniri, & in idem recidere. Non animadvertebat ille, qvod cum ſol ubi ad eum locum devenerit, ubi Martis orbis ejus curriculum tranſit, Martium ipſum Curriculum tunc non eodem in loco eum imaginarie ſecare, ſed ubiq; tantundem, ut antea à ſole diſtare, adeo ut ſoli nunqvam ♂ proprior fiat, qvam circuitus ipſius circa eum exigit, niſi qvantum particulariores illi motus in duobus circulis, de qvibus dixi, parum addant vel auferant: Qvod tamen ad majorem illam & generaliorem circumvolutionem collatum non adeo multum habet momenti. Verum hæc melius intelliguntur è Mechanica qvadam compoſitione, ita ut ſol & luna in ſuis orbibus circa terram convolvantur, reliqvi verò planetæ in ſuis circuitibus ad ſolem. Tunc enim circumducto ſole apparebit, qvomodo orbes qvinq; planetarum qvotannis totum ſpacium infra octavam Sphæram circumeundo impleant, & qva ratione retrogradationes & ſtationes eorum, per hanc centri orbis eorum cum ſole concomitantiam ſolventur, qvodq; Epicycli veterum per accidens fiant è motu videlicet centri orbium annuo, qvodq; non opus ſit terram moveri, & nihilominus Martem illi juxta veſpertinum exortum propriorem fieri, qvam ipſum ſolem, qvod nos docuit diligens experientia, ut prius indicavi. Reliqvi particulariores inæqvalitatis apparentis differentiæ, qvas veteres per eccentricos & æqvantes excuſarunt, Copernicus per Eccentricum, cum parvo Epicyclo, nos in hac hypotheſi per duos circellos in circumferentia orbium planetarum, qvas ipſum ſydus certa lege deſignet, appoſitè tuebimur, niſi qvod in ♀ & præſertim ☿ aliqvas præterea gyrationes particulariores aſſumere oporteat. Sicq; omnis circuitus Planetarum concentri evadent non aliter qvam Copernicus Lunæ circa terram revolutiones, in concentrico orbe cum duobus Epicyclis fieri, admodum ingenioſè & rectè ſpeculatus eſt. Nec n. multopere ab hac differunt trium ſuperiorum planetarum, tum univerſales tum etiam particulares circuitus, niſi qvod centrum orbium illorum ſolem annuatim concomitetur, velut hoc fuſius & exqviſitius in opere illo, de qvo dixi, Aſtronomicæ inſtaurationis ipſis fundamentis, & certis obſervationibus tum veterum tum propriis (favente Divino Numine) demonſtrabo, tabulasq; tum æqvalium motuum tum etiam προσθα-

φαιρεσεων huic hypotheſi, & neotericis obſervationibus exqviſitis cum veterum collatis fundatas, de novo condam, efficiamq́; ut numeri obſervationibus antiqvis, inprimis verò Ptolomaicis & recentioribus etiam ad amuſſim correſpondeant, id qvod hactenus tot jam ſeculis deſideratum eſt, magna hujus artis, qvoad præviſionem debitam, jactura. Miror Doctiſſimum illum & in his ſtudiis exercitatiſſimum Reinholdum, deq; iis præclarè meritum in præfatione ſuarum Tabularum Prutenicarum aſſeverare in ſolis motibus æqvalibus aliqvam limitationē deſideravi, προσθαφαιρεσεῶν vero Tabulas toti mundi durationi utiliter inſervire, cum unum ex altero magna ex parte dependeat & mutatis circulorū proportionibus Eccentricitatibusq́; neceſſe ſit ipſas qvoq; proſthaphæreſes aliter ſe habere. Sed interdum etiam magnus dormitat Homerus. Poſſibile autem eſt, beneficio qvorundam compendiorum in triangulis, è datis mediis motibus ex integro canone Triangulorum planetarum apparantes ſitus, æqve citò ſi non citius, qvam per æqvationum tabulas inveſtigare, velut alibi aperiemus. Qvod tantopere hoc opus noſtrum aliqvando videre deſideras, adeo ut vel eo nomine tibi vitam divinitus prorogati exoptes, & inſuper noſtris conatibus divinæ benedictionis ſubſidium pio & benevolo voto compreceris, eſt qvod tibi pro hoc ſingulari gratia me, meaq; ſtudia favore & ſyncero judicio, ſummas agam gratias, daboq; operam ut qvantum in me eſt, voluminis hujus, ea qva fieri unqvam poteſt maturatione elaboratio abſolvatur. Deus optimus Max. tibi largiatur interea firmum robur animi & corporis, vitamq́; conſervet, qva diutiſſimè utens beneq; valens, non ſolum his ſed & aliis Philoſophiæ laboribus vacare, eosq́; promovere, & tuum de iis ſolertiſſimum judicium proferre poſſis: Qvod tot annis in captivitate (cujus etiam in literis iſtis mentionem facis) detentus, cum magna jactura bonarum literarum delitueris, ego cum aliis multis viris tibi & ſtudiis eruditis, faventibus plurimum ſemper indolui. Qvia vero in cuſtodiæ illius mentionem incidimus, referam ea, qvæ in libro qvadam noſtro Genethliaco, à me cum Lipſiæ ante annos plus minus 24 operam literis darem, apud tuæ Geneſeos Schema annotata invenio. Tunc enim circa pueritiam eram Aſtrologicis & Genethliacis præſertim prædictionibus paulò curioſius addictus qvas tamen poſtea increſcente ætate & judicio, præſertim qvod viderem

motus

motus ipſos Syderum in tabulis ſe non recte habere, ſepoſui & ad obſervationem emendationemq; motuum me totum magno conamine contuli. Reperio autem ibidem ſic olim ſcriptum ☿ in ♈ ſigno ♄ & in tertia domo orientalis, liberq; à radiis ſolis, luna exiſtente in ♊ ſigno mercuriali & præſertim in nona domo, cui etiam ☿ præeſt, ingenium acre & profundum, laborisq; patiens & arduum deſignat. Poſtea ſubjungebatur: Sed ☍ juxta cuſpidem nonæ damnata □^to ♄ ni & △ no brevi ♂ magnum aliqvod mali inſtituat, obq; cauſam religionis & nonam domum, ingenii ob ♊ ſignum mercuriale, mulieris alicujus illuſtris ob ☾ ipſam, qvæ etiam illuſtrioribus fixis, ſed nimis violentis copulatur. Deinde de captivitate hæc verba aſcripſeram: ♂ Dominus ſeptimi loci illæſus, carcerem vel exilium diuturnum ſignificat: & qvia ♂ damnet ☿ ni per □ è duodecima, id damni occaſione & ſtudiorum denotat, ſed cum ☾ directionis via pervenerit ad ⚹ ♂ in 14 ♌ in ♒ per mortem vel martialem aliqvem hominem liberabitur & reſtituitur in integrum, idq; juxta annum ætatis 60. Subjunxeram inſuper caudam Draconis in medio cœli juxta Arabum placita dictionem ab honoribus & dignitatibus denotat, præſertim cum ſit in ſigno ſolari, hoc exiſtente depreſſo, & nullæ beneficæ ſtellæ ſint in angulis, ſed ambæ cadentes. Hæc inqvam tunc temporis infra figuram cœleſtem tuæ nativitatis annotatam, qvæ non ob id nunc refero, qvod tuæ diutinæ calamitatis cauſas in ſola aſtra rejicere velim, nimium tribuendo his Aſtrologicis indicationibus. Sed ſaltem ut tibi obiter ſignificarem qvid olim hac de re cum hiſce prædicationibus impenſius occuparer, chartis mandarim. Scio qvantum concedendum ſit Aſtrologicis conjecturis, nec eas plurimum ſuſpicio, neq; etiam nimium contemno, in qvorum utroq; à pleriſq; etiam eruditioribus peccatur. Si contineatur hæc ars intra ſuas metas, ſignificationes qvasdam Phyſicas non ineptas neq; ubiq; frivolas, & cognitu non inutiles ſuppeditat. Sunt autem plurimæ aliæ eventuum concurrentes cauſæ, ex inferioris mundi, & iis, qvæ in hoc tumultuoſè geruntur, occaſionibus provenientes; ſupra omnia verò Deus ipſe author univerſi, tanqvam prima & univerſalis cauſa, liberrimè agit, ſecundariasq; cauſas ſive ſuperioris ſive inferioris Mundi pro ſuo arbitrio diſponit & moderatur. Verum hæc fruſtra tibi ea ſatis ſuperq; intelligenti ſuggero. Nunc ab Aſtrolologi-

cis ad aſtronomica revertar. Habeo in promptu 24 annorũ obſervationes ſyderum, qvarum eæ qvæ 12 poſterioribus in hac inſula noſtra acceptæ ſunt, admodum exacte ſe habent, poſtqvam inſtrumenta eximia & affabre extructa, hic maximo labore & ſumptu confieri curavi, qvæ dixi ſupra, me abſoluta plurima habere, ſuntq; tanta circumſpectione & diligentia elaborata, ut qvibuscumq; ſyderis alicujus verum ſitum, cœlitus indagare libuerit, in idem prorſus minutum, etſi diverſimode compoſita ſunt, & ab aliis atq; aliis obſervatoribus animadverſio fiat, recidant, qvod machinarum abſolutam ſtructuram, & exqviſitam diviſionem evidenter probat: ut ob id ſatis certus ſim, nihil vitii in meis obſervationibus hiſce inſtrumentis cœlitus derivatis, latere Utinam veteres & anteceſſores noſtri, præſertim nunqvam ſatis ille laudatus Copernicus ( ut de Ptolomæo ipſo nihil nunc dicam) tantam diligentiam & præciſionem in organis Aſtronomicis conficiendis & obſervationibus cœleſtibus ad amuſſim exeqvandis adhibuiſſent, eqvidem ingenti labore in reſtituendis æthereorum corporum motibus, nunc magna ex parte allevaremur. Excuſabiles ſunt nihilominus noſtri ævi Mathematici, qvod & ſatis magna aptaq; inſtrumenta, qvibus ſyderum motus ſcrutentur, non poſſideant: Cum ſalaria eorum & toti reditus annui vix unico Organo rite conſtruendo, abſolvendoq; ſufficiant. Scio etenim me pleraq; habere qvorum ſingula Profeſſoris alicujus in Scholis ſtipendium annuum vel maximum pretio confectionis longe exſuperent. Tanta eſt ditiorum hominum & præſertim Regum ac Principum erga hæc ſublimia ſtudia illiberalitas. Pauci enim nunc, vel potius nulli reperiuntur Reges Alphonſi. Qvod ſi partim ex propriis bonis & fundis, partim per hujus regni feuda regia, rei familiari noſtræ ita divina liberalitate proſpectum non eſſet, ut his & aliis ſumtibus perferendis par eſſe poſſem, fruſtra ſane, etiamſi cœtera omnia adforent, tanta molirer. Exædificavi etiam intra hoc proximum decennium, arcem qvandam in hac inſula, aſtronomiæ inprimis inſtaurationi opportunam, in cujus media & majori domo, inſtrumenta qvædam Aſtronomica, in duabus turriculis verſus Auſtrum & Boream, cum ſuis annexis appendicibus diſponuntur. Præterea non longe extra arcem in monticulo qvodam aliud obſervatorium ſubterraneum, infra qvadriennium fieri curavi, in qvo 7 diverſa & exqviſita

qviſita tum magnitudine tum forma elaborata organa conſervantur, ita ut quodlibet eorum propriam criptam occupet, qvæ ſuperius aperiri, & in qvamcunq; cœli partem libuerit, obſervatio per inſtrumentum dirigi poſſit, nihil obſtantibus cœteris machinis. Eſt enim locus ille ita editus, qvidem tota fere inſula, ut libere Horizon viſibilis, nullo intercedente impedimento, pateat, ob qvam & peculiarem commoditatem in hac potius inſula, qvam alibi tot ſumptus feci, tantosq; labores exanthlavi. Arcis verò illius hic extructæ delineationem, qvantum ad ea attinet, qvæ ſupra terram patent, & exterius ſpectantur tibi hîc adjunctam mitto, ut aliqvo modo ex ejus inſpectione, cognoſcere poſſis, me rem ſerio agere qvo ad Aſtronomiam honori & nitori reſtituam, eaq; in re nulli ſumtui aut labori parcere. Criptarum illarum pictarum, qvæ difficulter in plano exhibetur, nedum exarari curavi: Verum hæc omnia unà cum inſtrumentorum fabrica & uſu, in primo tomo operis de Aſtronomia inſtauranda, qvæ Mechanicam ejus, ut dixi, partem continebit, convenientibus delineationibus ob oculos ponere, ſufficienterq; declarare conſtitui. Interea qvorundam inſtrumentorum qvæ hactenus depicta exſculptaq; ſunt, Idæam communico. Adjunxi etiam exemplaria nonnulla, qvarundam Epiſtolarum ab illuſtriſſimo Principe Vilhelmo Landgravio Haſſiæ, rerum Aſtronomicarum inter Europæ Principes, hoc ævo peritiſſimo (cujus etiam mentionem in his literis ad D. Rantzovium feciſti) & ipſius celſitudinis Mathematico eruditiſſimo Chriſtophoro Rothmanno ad me datarum, unà cum noſtra ad ſingulas reſponſione: qvibus plurima ad totam rem Aſtronomicam, ipſasq; obſervationes rectius inſtituendas, adeoq; artis ipſius redintegrationem, non parum facientia referuntur. Et de hac ipſa qvæſtione circa materiam cœli, è refractionum, qvæ in ſitu ſtellarum apparet, natura & qvantitate, aliisq; occaſionibus inter Rothmannum & me copioſe diſſeritur. Qvæ omnia tibi legenda & dijudicanda concedere volui, petens amanter, ut ubi ea introſpexeris diligentiusq; evolveris, velis mihi remittere, ne in aliorum unqvam perveniant manus, dumq; tecum ea habes, nemini alteri communices, etiam atq; etiam te rogatum habeo. Imprimis vero a te plurimum expeto, ut tuum judicium tum de illis qvæ in libro illo ſecundo æthereorum phenomeνῶν nunc unò miſſo tum etiam qvæ in

Eee 3 his

his adjunctis literis continentur, ad me ante hyemem liberè & luculenter perſcribere non graveris. Si qvid in tranſcriptione earundem literarum ab amanuenſibus meis aberratum eſt, tuum erit id ipſum pro tua ſolertia emendare, mihi omnia relegendi non ſuppetebat otium. Scripſit ad me jam ante Nobiliſſ. ille Henricus Ranzovius, nec incongruis rationibus perſvadere conatur, ut tum has illuſtriſſimi Principis Vilhelmi, tum ipſius Mathematici & aliorum etiam eruditiſſimorum virorum ad me de hoc toto Aſtronomico negotio perſcriptas literas unà cum mea ad qvasvis reſponſione, in fine operis noſtri, de mundi æthereis recentioribus phænomenis ſubjungam, eo qvod hæc materiam de qva illic agitur, plurimum illuſtrent, & ad totius artis amplificationem magnopere conducant: Qva in re ipſius juſtæ ac benevolæ ipſius petitioni, fretus etiam tuo & aliorum eruditorum judicio conſilioq; morem gerere non recuſandum duxi. Addidi inſuper his literis ſolaris curſus reſtitutionem, è meis obſervationibus & demonſtrationibus deductam, ad proximum qvinqvennium, ut aliqvid interea è meis in curſu cœleſtium corporum emendationibus obtineas, donec plura communicare tempus conceſſerit. Apogæum ſolis hic ſtatuitur juxta finem 6 gradus ♋ tribus gradibus Coperniano anterius, & Eccentricitas præſupponitur grad. 2. num. 9¼ qvalium ſemidiametrum Eccentrici 60, qvod ipſius inventionem plurimum excedit. Cur verò Magnus ille Copernicus, vel in ipſius ſolaris curſus retentione, tantopere à ſcopo deflexerit, alibi ſufficienter oſtendam. Non autem eſt qvod dubites, qvin hic calculus noſter, ne in minimo, qvod in ſenſus cadere poſſit differat à tramite, qvem ſol æthereus deſignat, ut non ſolum noſtræ multorum annorum, ſed & Landgravianæ, præſertim poſt Organorum renovatam rectificationem atteſtantur obſervationes. Qvantum verò ab Alphonſina & Coperniana ſupputatione differat, ipſemet collatione facta facile perſpicies, adeo ne ſolis qvidem motus, qvamvis is normam cœteris omnibus præbeat, hactenus ſatis extricatus fuit, nedum ut in reliqvis planetis nihil lateat vitii: Sed video me Epiſtolæ metas transgredi, dum avidius de his tecum colloqvar; tuum itaq; erit hanc prolixitatem unà cum libro & chartis adjunctis, boni conſulere. Ubi primus & ultimus tomi operis, qvod nunc præ manibus habeo, de ætheris recentioribus phænomenis typis noſtris

excuſi

ex uſi fuerint, te eorum etiam reddam participem. Qvod autem primus antea non prodierit, in cauſa Gallici Privilegii defectus, qvod indies exſpectabam, Cæſareano antea obtento adjungendum. Verum cum nunc Gallicum illud acceperim & Anglicanum qvoq; brevi habiturus ſim, magnifico & eruditiſſimo Viro D. Daniele Rogerſio, qvi nuper hic mecum fuit, ita apud Sereniſſimam Reginam procurante, nihil jam amplius obſtabit, qvin primus liber propediem in lucem edatur. Interea his fruere & qvam feliciſſimè diutiſſimeq; vale eruditiſſime & de Repub. literaria optimè merite Peucere meq; tui amantiſſimum, qvod facis redamare, & per literas ante hyemem ingruentem reviſere non intermittas. Commodiſſimum autem, eas ad te ſæpe dictum nobilem D. Henricum Rantzovium in Holſatiam mittere, qvi illas ad me perferri non gravatim procurabit. Iterum & ſæpe multumq; vale Vir vita & Valetudine diuturna digniſſime, Datæ Uraniburgi die 13 Septembris An. 1588.

## S. Doct. Pezelio.

HÆ *literæ lectæ mittantur ſtatim ad D. Joannem à Dee, qvem cras mane ante abitum Deo volente conveniemus.* (*)

(*) *De hoc Joanne à Dee Anglo vide Gaſſend. vit. Tych. lib. 3. pag. 94.*

Tan-

Tandem opus hoc claudit Soror hujus noſtri Tychonis, nomine Sophia Brahe, Tagonis Tottii Mater, qvæ, defuncto ejus Patre Ottone Tottio, fidem conjugalem dedit Nicolao Lange, Chymiæ ſtudioſiſſimo, eiq; carmen hoc condidit, qvod ex ampla & ſelecta Magnifici Academiæ Haffnienſis p. t. Rectoris Matthiæ Foſſii S.S. Theologiæ Profeſſoris celeberrimi Bibliotheca nunc primùm in lucem prodit.

## ARGUMENTUM
## EPISTOLÆ SEQVENTIS
### ad imitationem Heroidum Ovidii ludendo concinnatæ.

*Nobilis qvidam in Dania vir, cum ibidem Viduam juvenem Generoſi etiam ſtemmatis, conjugiali Amore (in qvem ipſa conſenſerat) proſeqveretur, interim tamen Chymiæ ſtudio impenſè deditus, ad exteras Regiones ejus penitiùs inqvirendæ causâ ſe conferret, intra breve tempus reditum ſpondens, at nihilominus circiter triennium abeſſet. Illa moræ in Amore (uti fit) impatiens, præſertim, cum ubi locorum tunc hæreret, inſcia eſſet, nec multo jam tempore literas ab ipſo recipiſſet, hanc tandem ad eum, amicæ expoſtulationis & revocationis gratiâ, ſatis prolixam dirigit* Epiſtolam. *Tribuitur autem ipſi hic fictitium Titanis nomen, ob vegetæ ætatis, formæ, & morum gratiam atq; præſtantiam, qvodq; ſol naſcenti illi in Orientis cardine (qvo in ſitu is à Poëtis Titan appellatur) verſaretur. Illa verò qvia ſupra communem ſexus fœminei ſortem Aſtrologiæ ſolerter incubuerat, Uraniæ nomine inſignitur. Qvæ verò hæc Epiſtola fuſius complectitur, brevibus recenſita in hunc ferè modum ſe habent. Ab initio Chymiam, cujus causâ ipſo tam diu caret, deteſtatur, & qvibus ille hinc fuerit obnoxius incommodis, ſuggerit; aliaq; pericula, qvæ propter iſtam artem inter peregrinandum ei evenerunt, partim rela-*

ta,

ta, partim præ ſollicito timore animo concepta commemorat, & ultra promiſſum tempus eum abeſſe qveritur: unaq; factum Jaſonis, qvi ob aureum vellus, (qvod Chymicæ artis Hieroglyphicum eſſe volunt) in diſſitas Regiones navigavit, diuq; abfuit, illi tacitè objicit: Ita tamen, ut ſe Hortum habere perpulchrum prædicet, in qvo eadem, qvæ Jaſon non Colchide (qvatenus artem auriferam attinet) aſſecutus eſt, effici qveant. Mox etiam ea, qvæ in Hermetis Triſmegiſti Tabulâ Smaragdinâ, de lapidis (uti vocant) Philoſophici confectione occultè traduntur, ibidem parari poſſe aſſerit. Qvin & proprius accedens, apud ſeipſos (juxta Allegoriam Chymicorum Philoſophorum qvi hoc arcanum conjugio & proli hinc genitæ aſſimilarunt) Artis hujus myſterium deliteſcere inſinuat. Poſtmodum ad iſta, qvæ ſibi ab aliis propter hunc amorē objiciuntur, excurrit iisq; obviat; & ne exiſtimetur ipſū minus circumſpectè amare, ex Aſtralibus influentiis collatâ & diſqviſita utriusq; eorum Natalitiâ conſtitutione, pleraq; partim excuſat, partim in Fatis eſſe probare nititur; ut & ſic ſe Aſtrologiæ peritam ſimul oſtendat. Porro etiam ipſum de Filiolo ſuo, qvem unicum ex priori marito ſuſcepit Tagonem nomine, commonefacit, ut hujus pariter rationem in hac tenerâ & curæ indigâ ætate habere ne negligat. Unde occaſione functi, filij qvoq; Genethliacas ex aſtris influentias, qvas proſperas fore præſagit, recenſendo commendat. Deniq; ob perlatum ex improviſo, de obitu cujusdam eorum Amici, rumorem, paucitatem firmorum Amicorum adverſante præſertim Fortunâ) deplorat: Hincq; anſam arripiens, de Fratre ſuo primogenito, qvem ob Amorem Rerum cœleſtium, Artis Spagyricæ, & Muſarum Apollinem vocat, Conſtantiæ ergò ſibi congratulatur, ipſiusq; ideò Cœleſte Thema breviter exponens, id ex induſtria ſuis in hoc Amore votis, qvantum poteſt, accommodat. Aliorum inſuper tacitis objectionibus qvibus hoc conjugium fortè diſplicet, rurſum nonnulla reſpondens, amati illius Titanis diuturnam abſentiam, qvam antea ſuiipſius de cauſa improbârat, nunc ob aliorum obloqvutiones excuſat. Tandem verò denuò de Amici deceſſu, cujus ſupra mentionem fecerat (à qvo tamen nominando præ luctum etiamnum abſtinet) allato interim per literas nuntio, certior qvam antea facta, recentem hunc & lugubrem caſum vehementius dolens, hinc ut ſcribendi finem faciat cogi ſe infert plura his, ni iſta interveniſſent ſubjunctura, qvæ propterea in tempus aliud commodius, ubi iterum ambo convenerint, oretenus exponenda differt, ſicq; Epiſtolam claudit.

# URANIA TITANI.

EN tibi ſexcentos præbet qvos Pagina verſus
Accipe, mi Titan, & lege qvando vacat.
Sunt ideò multi ne ſit reſponſio prompta,
Ipſe ſed hanc nobis ore referre velis.

VEnit ab Urania, qvam cernis Epiſtola, Titan,
Nil ſibi reſcribi, Te ſed adeſſe cupit.
Littera multa qvidem perarata eſt, multa ſuperſit
Aſt cum te caream, qvid tua charta juvat?
Te retinet nimiùm noſtris ars invida votis,
Crede mihi haud tanti tota Chymia foret.
Ars vana & linqvens vacuatas ære crumenas
Qvam propter vacuo linqvor & ipſa thoro.
Qvam propter ſine ſole dies, ſine ſidere noctes
Orba traho, qvod abes, Solq; Iubarq; meum.
Ars utinam tenebris, unde orta, periſſet Averni,
Qvæ mihi tot nitidos abſtulit atra dies.
Jure vocanda atra eſt, qvia fit carbonibus atris,
Non decuit niveas res ita nigra manus.
Aſt ego qvod linqvar, modicum eſt; Tu læderis inde,
Ægra fit hinc tua mens, hinc malè corpus habet.
Qvando etenim curis nimiis noctesq; diesq;
Carperis, ut votis Ars ſit amica tuis:
Et tandem inventum Nihil eſt, qvod & uſq, reqviris.
Nonne animus tanta Spe cecidiſſe dolet?
Dum per anhela trahis fœdos ſpiracula fumos,
Qvos ſimul & carbo, materiesq; parit:
Nonnè tenella tibi langveſcere pectora ſentis

Explorata loqvor; qvia & ipſa ſat omnia novi
Qvot veſtræ ſpecies, qvot mala carbo, ferant.
Ah qvoties faciem ſpurcas, qvotiesq; labella,
Qvæ ſervanda mihi bella labella forent.
Sæpè cutis toto maculis tibi corpore livet,
Mollior antè nova candidiorq; nive.
Nuper enim Stygias ſatagenti impellere lymphas,
Cum tonitru Nitrum vincula rupit atrox.
Fætor & hinc fuſus vitalem polluit auram.
Semianimes ſocios qvo cecidiſſe liqvet.

Tu

Tu licet elapſus (precibusq; hoc accipe noſtris)
Crebra tuo tamen hinc corpore ſparſa nota eſt.
Talia namq; meo de te modo qværere juſſo
Rettulerat nato Bangus, at ille mihi.
Hinc ego concepi majora pericula veris.
O fons ſolliciti plene timoris amor!
Sulphura mox timui, timui Arſenicalia monſtra,
Et Salia, & Stibium, Mercuriosq; vafros.
Deniq; qvicqvid habet, qvo Carbonaria fallax
Officiat, timidi cauſſa doloris erat.
At noſtro affulſit Veneris benè Sidus Amori,
In cineres abiit ſoſpite carbo viro.
Rettullit ille etiam, propè qvod Schonburgica rura,
Effrænes per eqvos verſa qvadriga tua eſt:
Teq; genu excuſſum læſiſſe atrociter, hincq;
Sub medici curâ decubuiſſe diu,
Qvæ licet hoc miſſo haud prorſus cælata miniſtro,
Ne mihi fortè aliùs creſceret inde dolor,
Attamen aſtutè damnum molemq; pericli
Texiſti, in propriis ingenioſe malis.
Sed mea, qvæ eventum perrarò inſomnia fallunt,
Obveniſſe iſtud præmunuêre ſatis.
Cor mihi namq;, velut currenti, è corpore lapſum,
Parte ſui viſum eſt inferiore premi.
Mox ego ſic, Genio (nondum experrecta) monente,
Vociferor; Titan, Cor mihi, ſicne cadis?
Tunc ſed enim Phœbus, Medicæ qvi præſidet arti,
Subveniens, noſtri fautor Amoris erat.
Attulit is pedibusq; tuis, genubusq; redires
Ut citius, nec te plus remorentur, opem.
Hunc nondum ob caſum mea ſollicitudo remiſit,
Cùm penetrat gravior corda priore dolor.
Diceris iſſe etenim famulo comitatus ab uno,
Per juga præruptis Alpibus alta nimis.

Et Venetûm aurivoras cupide ſectarier oſtras,
    Qvas fallax iſtic Ars & ubiq; coqvit.
Téne viæ placuit temerè committere tantæ?
    Qvam benè cautus abis, qvam memor ante mei?
Idné priùs brevibus decuit monuiſſe tabellis,
    Saltem ut votivis te ſeqverer lachrymis?
Fallar; & hæc potiùs vaneſcat fama ſub auras,
    Lætabor, modò te Teutonis ora tenet:
Hinc qvia ſpes aliqva eſt de te reſciſcere qvicqvam,
    Et capere, atq; animi mittere ſenſa, notas.
Aſt cur te cupiam Germano limite claudi?
    Heu nimiùm limes latus & iſte patet:
Cùm non ſcire licet, qva tandem parte moraris
    Teutoniæ, vel qva conditus urbe lates.
Lentus abes, neq; nota mihi ſat cauſſa morandi.
    Aut qvæ te nimiùm terra vel unda tenet.
Qvisqvis ab Auſtrino veniens vada Baltica tangit
    Littore, non de te pauca rogatus abit.
Traditur & noſtris Charta huic ſignata labellis,
    Si fortè audierit, qvo tibi danda loco.
Heu mihi cœleſtis, qvòd cernitur undiq; Titan;
    Terreſtrem, huncq; meum non reperire datur!
Sæpè Ducem Ulri cum te detenuiſſe putavi,
    Cauſſa tuæ forſan nec fuit ille moræ.
Sæpè etiam timui, te, dum freta Baltica tranas,
    More tuo, infeſto vela dediſſe mari.
Ut ratis in ſcopulos, qvos Mœnia ſuggerit, acta,
    Membra aliqvo cogat læſa fovere loco.
Qvid multis? cum ſcire neqvit cur lentior abſis,
    Mens mea, per cauſas irreqvieta volat.
Tempora ſi memores, benè qvæ memoramus amantes,
    Noſtra qverela ſuum non venit ante diem.
Nam mihi diſcedens tremulo es ſic ore loqvutus,
    Pallantes lachrymis cum maduêre genæ;

Sol

Sol prius auriferi non tanget velleris, Aſtrum,
Qvam tibi me reducem Scania veſtra feret.
Cœlicus is Titan vellus bis tervè reviſit
Phryxæum, at Titan terræ noſter abes.
Non puto qvod ratibus ſecteris Jaſonis aurum,
Aut furtum lanæ verſi coloris ames.
Nec Medæ fui, nec ero; nil fraudibus utor,
Colchida ſi qværas, hìc qvoq; Colchis erit.
Pergula læta mihi eſt, pulcher qvam circuit hortus,
Vix cui par dabitur, Colchida utrumq; vocem;
Læta vocata qvidem, ſed nondum cernere lætam
Me potuit, qvamvis hîc tua imago patet.
Qvam qvoties ſpecto, ſuſpiria cordibus imis
Alta traho, & lachrymis ora genasq; rigo.
Mox caput inclinans, uniq; innixa lacerto,
Sic mecum tacito murmure verba premo:
O ſi is, qvem pulchro referens bellè exprimis ore
Afforet; ô coràm hunc cernere qvando datur!
Hancq; diu aſpiciens, oculis ac ſenſibus ipſis
Linqvor, & ancillis excipienda cado.
Qvin mihi vix rediens, iterum hanc, iterumq; videre
Mens avet; ni damnum tam ſtudioſa ſuum eſt.
Imò hæc dum memoro, ſangvis præcordia ſtringit,
Vix teneor, qvin mox exanimata ruam.
Ater ſangvis abi, mens & præcordia firma
Eſte mihi, & ſaltem his addere pauca date:
Hæc ubi ſcripta fient, ſi tunc mihi parcere iniqvum eſt,
Auditu & viſu me ſpoliate, feram.
Et ſat ſveta feram, (qvam conſolatio dura eſt,
Qvod neqveam expertis ſuccubuiſſe malis!
Nil ſed ago precibus, qvo plus tego, ſævius inſtat,
Suſceptumq; dolor linqvere cogit opus
Ferte citæ lymphas, vinum, ſal, aromata, acetum,
Ancillæq; omnes, virgoq;, ferte citæ.

Ah ſatis ah; redeam ô liceat, calamumq; reſumam,
Qvàm mirè cunctis ſenſibus orbus habet!
Iſta abeant; adſis Titan, citò meq; reviſe,
Colchiacas artes, ſi cupis: ipſa dabo.
Non opus ut ſubeas, veluti Pegaſæus Jaſon,
Phaſiacas Argo nave repôſtus aqvas:
Et ſuperes, tot monſtra tuis Hecatæa venenis,
Ignivomos Tauros, terrigenasq; viros.
Et colubrum herbarum vigilem virtute ſopitum.
Hinc tandem aurato ut vellere dives eas.
Fortè ſub his technis, (ſi vera eſt fabula) tecta
Ars etiam technis Chryſiopæa latet.
Sint ea vera tamen; qvid enim non credimus ambo,
Qvos animis uno corpore nectit Amor?
Pergula (qvam dixi) qvæcunq; petuntur ad artem
Auriferam (ſi qva eſt) exhibitura ſatis.
Fornaces varias, carbones, lampada, flammas,
(O flammæ flammis cedite qvæſo meis.)
Materia hic deerit, qvæ ſat reperitur utiq;?
Vilis & hæc fertur, nec precioſa nimis.
Hîc lapidem arcano ſimul ambo fovebimus igne,
Nempe columbæ ovis, fœmina masq; cubant.
Hunc ſi multiplici nimiùm ſub cortice tectum,
Credibile eſt ullos ante habuiſſe Sophos,
Non dubito, qvin tu, vel ego, inveniemus eundem,
Sol pater (ut referunt Lunaq; mater erit.
Sic igitur Titan pater, & ſim Fœmina, Lunæ
Perſimilis, Mater; ſexus & ordo juvant.
Scandit is in cœlos, iterum terrena reviſit;
Sic terrena etiam dicor ego Urania
Primitus & Sophia ipſa vocor, lapis ille Sophorum eſt,
Forſitan hinc noſtrum nomen & omen habet.
Ventus & hanc utero fertur portaſſe, vel iſto
Forte etiam poſſit qvi meliora mihi eſt.

Inge

Ingeniumq; (ajunt) ſubtile & ſvave reqvirit
Haud ego groſſitiem fallar ob ingenii.
Sic orbem hunc conſtare putant, ſumus Orbis uterq;
Per me alius Mundus parvulus eſſe poteſt.
Colchide at ex veteri nova cur exempla petamus?
Antiqvi Hermetis cur ita dicta placent?
Qværimus heu variè, fruſtraq; aliundè vocamus,
Hoc ſatis ni nobis qvod latet Artis opus.
Conjugio aſſimilant cum Mas & Fœmina ponunt.
Mollia fæcundo corpora juncta thoro.
Contigeritq; illis prolem ſi qvando creari,
Arcani lapidis protinus inſtar habet:
Inq; utero veluti nutritur ſangvine fœtus,
Sic humore ſuo fotus & illi viget.
Ingenitusq; velut calor, & moderatus, & udus,
Maturat partum dum fovet igne levi,
Sic etiam lapidem liqvido leniq; calore
Naturæ ad normam, qva datur arte, fovent.
Alterat augendo ut formam, mutatq; colorem
Infans clauſtra tener dum genetricis habet.
Haud aliter lapis hic creſcit, variatq; colores,
Fomenta Athánor debita qvando regit.
Ut Lucina ſuos dat adhuc à matre rubentes,
Et teneros fœtus creſcere lacte facit;
Sic rutilans fulget jam natus Chymicus Infans,
Fermentoq; ſuo creſcit & auctus abit.
Utq; alios iterum natus progignit adultus,
Sic lapis hic ſobolem multiplicare poteſt.
Qvàm benè conveniunt noſtris iſta omnia votis,
Qviq; operi arcano competat hortus adeſt.
Non qvi peſtiferos foveat, vigilesq; Dracones,
Et terræ in proprias monſtra parata neces.
Naribus aut Tauros ſpirantes undiq; flammas,
Vel Medæa tua mixta Aconita manu.

Bra-

Brachia ſint angves junctim circundata collis
Terrigenas acies terrea vaſa putem ;
Si colliſa cadant , minima eſt jactura ; Bovesq;
Ipſi erimus juncti conveniente jugo,
Æſtus & ira abſint , proq; herbis grata nocivis
Hortus qvi tribuat pharmaca , noſter erit.
Senſus at ( ut perhibent ) ſi fortè his myſticus inſit.
Pandere & hunc nobis difficile eſſe neqvit.
Tu modò,mi Titan , patrias te confer in oras ,
Aſpirent votis ventus & unda meis.
Tunc benè nota redux intrans Pomaria , cernes
Qvàm locus hic aptus ſit tibi , qvamq; mihi ,
Hic ſimul occultum junctis modò viribus optes,
Ut fœcundæ Artis conficiamus opus.
Interea votis , qvæ nunc mihi ſola ſuperſunt,
Orabo ſuperos,ut tibi adeſſe velint.
Utq; brevi incolumis , modò ferre negotia poſſint
Qvæ verſas manibus , reſtituare mihi.
Nunc etenim cupio , feſtinus qvod tibi damno
Sit reditus, qvia me nil tua damna levant
Qvin tibi cùm fidam ſatis ipſa , ubicunq; moreris :
Noſtra aliis tamen eſt ſuſpicioſa fides.
Credula qvod fuerim nimiùm , qvod ſtultiùs utar,
Te qvoq; me leviter deſeruiſſe, putant.
Plura feram modò ſis tu ſaltem corpore ſalvus,
Id Dij ſi renuant, te ſine nulla feram.
Objiciunt, blandis qvod ſinè deluſa loqvelis,
Sic deludi abs te femina crebra volet.
At non mellifluis , qvorum tibi copia , verbis,
Qvod decepta qveror , ſi qva ea culpa , mea eſt :
Spontè tuis ceſſi votis,te ſpontè probavi ,
Et Chalybem Magnes ut trahit , ipſa ſeqvor.
Inter tot genere illuſtres, qvos Dania nutrit,
Solus es ex imo qvi mihi corde places.

Teipſum

Teipſum, non tua verba moror, nil indiga verbis
Forma tua eſt, Virtus me Probitasq; movent.
Sit fœcunda aliis, velut eſt Facundia prægnans,
Non tamen in partes me trahet illa ſuas.
Eſt Mel ſuave qvidem, ſed Fel ſub cortice dulci
Qvod tegat, exemplis res mihi nota ſatis.
Nec tua fictitia eſt, hac te Natura beavit,
Qvâ ſuperas reliqvos, grata loqvela, viros.
Hanc tibi Mercurius Veneri ſociatus in ortu,
Ædibus è propriis largus habere dedit,
Nec mirum ſuperûm Præconi qvod Venus adſtans,
Blanda tibi & pariter verba diſerta parit.
Qvin ſimul his Phæbus Geminorum jungitur aſtro,
(Noſter & hinc Geminus fortè oriundus Amor.)
Sed levis eſt Stilbon, levis eſt Cytheræa, Gemelli
Sunt duplices, conſtans qvid qveat inde ſeqvi?
Sol etiam radiis qvi pandit & omnia condit,
Gradivi & Veneris prodidit ante dolos.
Aſt qvid ea huc refero? ſpurci valeatis amores,
Conceſſos thalamos, vincla probata, loqvor.
Si qva tamen levitas hinc aut aliundè ſubintret.
Mox abeat, noſtro ſitq; ab Amore procul:
Me priùs hanc habeant, qvotqvot petulanter amaſti,
Aut obiter ſi qvam nunc qvoq; forſan amas.
Iſta licet de te malè non ego ſuſpicer unqvam,
Aſt aliis dubium veſtra libido movet.
Te procul ex oculis qvæ diſtas, ſcilicet, unam
Abſens, tamq; diu, tamq; remotus amet?
Qvid faciat qvæſo longinqvis tardus in oris,
Qvi Paris alter ut eſt, nil niſi amare poteſt?
Crede peregrino captivus amore tenetur,
Qvænam illa Urania eſt, forſan, & unde rogat.
Sic ajunt; ſurdæ at fruſtrà mihi talia narrant,
Et ſurdam & cæcam me facit arctus Amor.

Qvicqvid at his poterit (me non credente) ſubeſſe,
Ipſa etiam levius ſit levitate precor.
In vacuas Stilbon pennis diventilet Auras,
Inq; maris bullas inde flet orta Venus.
Vos duplices Gemini vanum hunc diſſolvite amorem,
Sub duplici & ficto corde ſit iſte velim.
Lumine qviq; ſuo citò detegit omnia Phœbus,
Te prodat, caſto ſi qvâ in Amore noces.
Me ſed fixus Amor ( ſi qvid tibi Sidera fixi,
Si qvid perpetui contribuêre juvet.
Hunc Jovis intuitus qvintâ de cuſpide firmet,
Jupiter es conſtans, qvinta es amicus domus.
Diſplicet inviſæ conſtringi Virginis aſtro,
Vosq; premi oppoſito tardigradoq; Sene.
At mihi Virgo favet, noſtro qvia fulſit in Ortu;
Heu nimiùm nobis forſitan illa favet.
Perpetuò es ſterilis, ſterilem qvoq; tranſigo vitam.
Virgo nec ulla parit, nec vidua ulla parit.
Artibus at facit oblecter, velut altera Pallas.
Mercuriusq; ſacris ingenioſa litem;
Ipſe etiam in propriâ feliciter æde locatus,
Et lunam aſpiciens, promovet Artis opus.
Scilicet hoc unum longi eſt ſolamen Amoris.
Ut tua Penelope tela retexta diu.
Nec placet in ſigno tibi qvod ſaltem unicus Erto,
Hoſpitium fixo, Marsq; malignus, habet.
Culmine tecta cadens malè qviq; inimica ſubintrat.
Qvine mihi ſic etiam, Mars inimice, cadis.
Hoc habeas ſolido qvicunq; inimicus Amori es,
Spero qvod hinc noſtris hoſtibus omen erit.
Et licet eſt fixum, Martem qvo cornig:r abdis,
Hoſpitium, tamen id vix placuiſſe poteſt.
Averſum à proprio eſt, ſimul hîc nocet ille Dianæ,
Pronuba qvæ Tauri ſcandere tergus avet.

Et

Et licet alternâ juvet hanc qvod ſede recepit:
Attamen his obſtat plùs duodena domus.
Mars igitur valeas, alibi inſortunia figas,
Nunc qvæ agitas non vult cornua noſter Amor.
Falcitenens potiùs validos benè firmet Amores,
In qvamuis etiam dicitur eſſe malus.
Nos tamen eſſe malum Myſtes Ægyptius olim
Credidit, hunc habuit ſed potiore loco;
Eſſe bonus nobis poterit, ſublimior extat,
Inq; ſovis ſolio, vix mala blandus agit.
Cujus ad aſpectum (licet haud bona Qvadra putetur
Eſt magis Sextilis) applicat alma Venus.
Eſt mihi, ſitq; bonus precor, & te figere poſſit,
Ut tuus in nobis perpetuetur Amor.
Non tamen ut fixus maneas ubicunq; moraris.
Te revocet potius qvæ cita Luna pede eſt.
Ad cujus radios pergit Venus alma, Qvadrati
Sint licet, evadunt ex brevitate boni.
Tunc ſimul ipſa Jovis, qvi Conjugialia curat,
Sextilem intuitum (lux benè fauſta) petit.
Hinc ego concipio ſpem firmam, nocte qvod iſta
Monſtrabit thalamis tæda cupita viam.
Cypria nam maribus, Juno qvoq; pronuba fertur,
Conjugiumq; illis ſignat Amoris opus.
Adde, qvòd & Phœbum radii Jovis inde benigni
Excipient, qvi nos prole beare volent.
Qvid dicam? Geneſis noſtra & ſub tempore eodem,
At Veneris radios te qvoq; Luna movet.
Mox Venus ipſa Jouis Sidus, qvod præſidet almo
Hic qvoq; Conjugio, geſtit adire Patris.
Qvàm benè utrinq; cadit ſub idem Directio tempus,
Aſpirant thalamis Sidera ubiq; piis.
Qvin mihi Saturnus Venerem ſat fixit, in ipſo
Qvo ſatagunt ambo ſceptra tenere loco.

At timeo ne ſede cadens ( ſed ſole receptus )
Hanc nimiùm radio figat ab appoſito.
Hinc mihi tot forſan, qvot caſtum propter Amorem
Perfero, lanqvores triſtitiæq; fluunt.
Jupiter eſt moderans loca qvæ tribuêre periti
Conjugio, in proprio limine fauſtus agit;
Sol, qvem femellis perhibent ſignare maritos,
Adjuvat hunc, flammis irradiatq; bonis;
Ille etiam ſigno qvod habet tibi ſeptima, gaudet,
Septima Conjugiis rite dicata domus;
Auguror & placidos, & lætos hinc Hymenæos,
Acceleres ſacras ô Hymenææ faces.
Sepone invidiam, utq; tuo mox nomine gaudens
O Erycina Venus, des Ericina vocer.
Adde, Planeta qvod elatus vel ſedibus altis,
Vel reſidens propriis, bis mihi binus adeſt.
Ergò haud perpetuis obnoxia fluctibus abdar,
Tandem etiam nobis tempora veris erunt.
Nil mirêre tamen, qvod cœlum & ſidera pando,
Utpote Femineo qvæ minùs apta colo.
Sum qvoq;, ſi neſcis, præter muliebriâ dona,
Aſtrologa, id propter dicor & Urania,
Sidera ſuſpicio, Geneſesq; recludo, nec iſtud
Incaſſum nomen Frater Apolo dedit.
Tuq; velut qvæ prona videns, hanc expetis artem,
Qvæ terra effoſſis rebus anhelat opes.
Sic ego, ſic ſurſum qvæ ſunt Cœleſtia ſpecto,
Ars mea (condones) gnarior arte tua eſt.
Ut Cœlum terras, ſic noſtra Ars Chymica vincit,
Adde qvod hæc vera eſt, falſa Chymia nimis.
Aſt tibi qvæ placeant, qvæcunq;, vel unde petantur,
Non poterint unqvam diſplicuiſſe mihi.
Tu modo fac redeas, revocantiaq; aſtra ſeqvaris,
Qvæ citò Conjugii tempora læta notant.

Qvic-

Qvicqvid erit qvod te reficit, delećter eodem,
    Chymica ſive voles, Carmina ſive voles.
Nam cum te multum recreet qvoq; blanda Poëſis,
    Altera ero Sappho, Metra ſonora canam.
Sola nec ipſa tibi ſim cauſa, ut promptior adſis,
    Qvin tenerum Natum reſpice qvæſo meum.
Ætas (dante Deo) veniet mage firma Tagoni,
    Conſiliis foret hæc nunc moderanda tuis.
Ut virtute acri referens utrumq; Parentem,
    Teq; ſeqvi ſtudiis geſtiat usq; bonis.
Heu mihi qvot morbis fuit ille obnoxius, & qvot
    Dum Tu lentus abes, ſæva pericla tulit.
Aſt ſpero numen mihi, qvod dedit huncce, Supernum
    Servet, & haud ſeros auferat ante dies:
Lætitiæ ut nobis decoriq; exiſtat adultus,
    Longævus noſtris inſidiatq; bonis.
Si qvid habent, ut habent, cœleſtia corpora veri,
    Naſcenti huic puero Fata benigna dabant.
Pone ortum Venus alma fuit ſub ſidere Cancri,
    Qvare in Amore illi Blande Cupido faves.
Sol Geminos tenuit, capit hunc conſvetus Achates
    Hoſpitio Stilbon, undecimoq; loco;
Clarus hinc fiet, ſimul ingenioſus, ut Artes
    Percip at doćtas, multus Amicus erit.
Culmine Mars ſupero mox ſe ſublimior effert,
    Huic Aries ſolio dat reſidere ſuo.
Aſcendens videt is trino (licet ille qvadratus
    Eſſe qveat) radio; te qvoq; Phœbe videt
Hunc etiam recreat Lunæq; Joviſq; benignus
    Intuitus, nec lux Falcitenentis abeſt;
Prævideo hinc rebus felicem aptumq; futurum,
    Qvas nimiùm toto Mars ferus orbe gerit.
Hincq; canes & eqvos, bombardas, arma, ſagittas,
    Si qva foret, doćtâ promptior arte reget.

Aſt utinam Gradive Pater ( ſeu vitrice prorſus )
    Filiolo hæc non des munera , des aliis.
Nulla ſalus opere in Martis , Pax aurea præſtat.
    Inq; malâ poterit re nihil eſſe boni.
Qvin mag: Saturnum , qvem ſeptimus ordo domorum
    Detinet, extimeo; lentus atroxq; nocet.
Is tamen in propriâ reqvieſcens ſede triumphat,
    Urna ſui fundit cui Ganymedis aqvas;
Conjugio haud obſtat, ſed firmum & gratius adfert,
    Forte tamen remoras ſtans repedansq; facit.
Id ſaltem metuo, radiis ne qvando ſub ortum
    Venerit oppoſitis , damna proterva ferat.
Eſt etenim octavæ præſes , qvæ manſio dira eſt,
    Annus & is novies bis numerandus erit
Hunc pravum intuitum , ſimul & mox cauda Draconis,
    Faſcinat excipiens, ingeminatq; malum.
Atqvia jam fauſtas qvintâ ſub ſede tabernas
    Jupiter, atq; illi juncta Diana, tenent:
Isq; ſuo gaudens venientem , lumine &auctam,
    Accipit hoſpitio, diſſipat omne malum.
Lætitiam importat , vitam prolongat , honores
    Dans & opes, natis, conjugioq; favet.
Res qvoq; rara patet, qvatuor ſunt nempe Planetæ
    Ædibus in propriis præcipuisq; locis.
Omnibus in geſtis hæc toto tempore vitæ,
    Eximiâ natum proſperitate beant.
Singula qvid referam ? Geneſis vix fauſtior ulla eſt,
    Si pariam, ſimilem ſæpè redire velim.
At ſupera ex voto qvamvis ſint Sidera fauſta,
    Cuncta ſimul faveant inferiora precor.
Ipſum homines & ament, ſeu mas, ſeu fœmina, & ipſum
    Qvicqvid terreſtris continet orbis, amet.
Nulla ſalus tamen ex aſtris , Tellureq; nulla eſt,
    Te; Tago, perpetuùm ſoſpitet, oro, Deus.

Dum

Dum loqvor, heu nimiùm triſtis mihi fama refertur,
Qvòd modò præcipuus noſter amicus obis.
Charior haud illo mihi, vixq; fidelior alter
Suppetit; ô nimium Mors inimica bonis!
Spero tamen qvod inanis erit tam concita fama,
Hoc meus in ſomnis non monuit Genius.
Qvam lugubre foret charo hoc privarier aſtro;
Talia nam nobis ſidera rara micant
Eurialo & Niſo ſimilis qvamplurimus olim,
Tam tibi qvamq; mihi fidus Amicus erat.
Qvàm citò jam reliqvos digitis numerabimus omnes,
Ambobus vix nunc unus & alter adeſt.
Tempora læta ferunt multos, ſub nubila tollunt;
Fortunæ arbitrio ſtantq; caduntq; ſimul.
Penè, mihi ſolus ſupereſt ſine felle vel aſtu,
Qvi perſtet firmâ frater Apollo fide.
Nec fruſtrà huic placidus roravit Aqvarius Ortum
Fixus & humanus, Tardigrodiq; domus,
Cum Jove qvi Venerem facit undiq; cingere Eoas,
Scandentesq; fores; lux ea fauſta micat.
Jupiter alternum pariter cum Falcitenente
Hoſpitium mutans, plus gravitate juvat,
Mors etiam proprias aurati vel eris ædes
Alter â è Cathedrâ Sole receptus, habet.
Unde animo eſt Acri, & rebus citus inſtat agendis,
Fortiter Herculei fertq; laboris onus:
Qvin etiam Stilbon Saturni limina grata,
Hujus & amplexu Soleq; cinctus adit,
Cumq; ſuâ Lunam gradientem Virgine trino,
Qvi menti aſpirat, reſpicit intuitu.
Inde magis conſtans habet, ingeniumq; profundum,
Utq; operæ precij nil, niſi grande, putet.
Hinc qvoq; judicio conſultus prævalet alto,
Vulgus ut hunc nugis nil remoretur iners.

Ergo

Ergo minùs mirum eſt,qvòd noſtro is plaudat Amori,
Hunc temerè ex atomis nec putet eſſe ſatum.
Scilicet hic ſaltem de tot mihi Fratribus unus,
Expenſum noſtri pondus Amoris habet.
Hoc facit ingenium, gravitas, prudentia, virtus,
Hoc & amor recti, judiciumq; facit.
Sufficiat nobis, primævus candida Frater
Qvod noſtro facilis corda in amore gerat
Qvid ſi etiam ex aſtris tandem ventura revolvens,
Hinc tacitus noſtros prævidebat thalamos?
Siderisq; ideò fruſtrà haud obſiſtere Fatis
Audeat; ô qvantum Fata in amore valent!
Fato junguntur, Fato ſolvuntur Amores,
Non habet hîc ſemper Gaza, Genusvè, locum.
Qvàm pulchrum eſt hominem ſimul & præſcire futura,
Et ſimul, affuerint ſi bona Fata, ſeqvi.
Incauti hîc titubant, qvos ignorantia turbat,
Frater at hic noſter callet utrumq; ſatis.
Hic mihi Frater erit ſemper; qvem fautor Apollo,
Ex qvo etiam meritò nomina geſtat, amet.
Sive igitur faveant alij, ſeu lumina vibrent,
Ut ſoliti, torvo torva ſupercilio:
Nil tamen impedient, qvin nos conſtanter amemus,
Et pro mille alijs Frater is unus erit.
Imò haud obſtabit, decuit qvos ferre levamen,
Qvod noceant reliqvi, verbaq; ſæva creperent.
Si non Titanem (dicunt) tum perdite amares,
Ditior & major vir tibi (crede) foret.
Ipſo in Amore tamen ſi qva eſt ſapientia, certè
Haud credam, qvod te deſipienter amem
Non ego divitias, non mundi ſector honores,
Officiovè gravi complacuiſſe viro.
Omnibus officiis, fundis auriq; talentis,
Nam Perſona mihi charior una tua eſt.

Plura

Plura etiam agglomerant, mea qvæ nunc cuncta referre,
Vel meminiſſe ſemel, mens ſibi recta piget.
Hi dicant qvæcunq; volent, Tua dicar oportet,
Titanis maneam perpetuò Urania.
Abſis ſive diu, celer hîc me ſive reviſas,
Corde meo fixus tu tamen usq; ſedes.
Nec tu ſponte tua,ſed valdè invitus abeſſe
Cogeris, ac malles ſemper adeſſe mihi.
Hucq; ſubinde etiam, perq; intervalla redires,
Sed metuis creſcat ſic qvod utrisq; dolor
Ne me iterum ut linqvas tibi dum ſit fortè neceſſum,
Triſtitiæ nimium multiplicetur onus.
Ergò voles potiùs peregrinis degere in oris,
Hoſpitia hîc donec Sors tibi firma dabit.
Scribere & interea mihi nunqvam negligis ultrò
Res ea ſit qvamvis te remorata diu.
Sive qvod ex votis nemo internuncius adſit,
Sæpè viam ingreſſæ ſeu periere notæ.
Qvicqvid id eſt, facit hoc non ulla averſa voluntas;
Scribere ſatq; cupis, ſatq; redire cupis.
Perq; tuum qvoties venit huc allata miniſtrum
Litera, ſic illum diceris ore ſeqvi.
Hanc ego, ſerve, tibi, qvâ me felicior ibis,
Fortunam invideo; ſervus ego fierem!
Et chartam iratè alloqveris, qvam rumpere velles,
Altera in calamo mox peraranda foret.
Tunè meis digitis, qvibus es conſcripta, bearis
Charta magis? digitis te citò Noſtra teret;
Teq; oculi inſpicient, qvos his ego cernere mallem:
Oſcula fortè dabit, qvæ mea ſola forent.
Hoc ſimul ut faciam fas eſt, prius oſcula libo,
Nomen ubi auguſtum ſcribitur Uraniæ.
Spero qvod illa brevi pariter tibi baſia figet,
Qvâ ſuus hic Titan nomina parte tenet.

Vade igitur, viſum hanc toto qva pulchrior orbe
    Nulla meis oculis Fœmina, vade citò.
Heu mihi qvod ſine me tam grata palatia viſes,
    Heu qvod ſcriptori non licet ire tuo!
Sic loqveris (dicunt) ſic crebrò nos adeuntes,
    Inſeqveris famulos; grata loqvela mihi eſt.
Singula ſcire juvat, miſſi cunctosq; miniſtri
    Ut nutus referant, cunctaq; verba, volo.
Ergò ſive adſis, ſeu non, ſeu ſcribere, ſeu non
    Sæpè voles, modò ames, ſemper amandus eris.
Nec tamèn addubito, qvin tu Chariſſime Titan,
    Perpetuò Uraniam, qvæ Tua ſemper, ames.
Si te etiam nunqvam (qvod Dî prohibete) viderem,
    Ex oculis tamen his non abolendus eris.
Mente mea impreſſus Titan ſine fine manebis,
    Fixus eris cordi tempus in omne meo.
Te præter nemo noſtro potietur Amore,
    Mille proci fuerint, commoda mille ferant.
Attamen haud credam, qvod ſint tam Numina ſæva,
    Nuper ut incœptâ ſpe ſpoliare velint.
Id ſaltem vereor, ne dum lentiſſimus abſis,
    Qvod mea ſit reduci forma probata minùs.
Nam qvæ pulchra ſatis, te diſcedente, videbar,
    Altera, qvando redis, forſitan eſſe puter.
Non qvod adhuc annis onerer, rugasvè timeſcam,
    Sæpè etiam ſenium ſollicitudo parit.
Anxietas me multa premit, nec deſerit unqvam,
    Hæc qvoq; dum ſcribo, durior ecce redit.
Nam modò qvi fuerat de morte incertus Amici
    Nuncius, hunc nimium littera miſſa probat.
Heu mala qvod ſemper ſibi conſtet fama, nec unqvam
    Eventus habeat proſpera qvæq; bonos.
Nil licet in ſomnis hoc admonuiſſe recorder,
    Signa tamen Genius me vigilante dedit.

Qvàm

Qvàm mihi mira fui , ſimul & qvam triſtis eodem
Abſtulit hunc terris qvo Libitina die.
Omen erat tanti (modo qvid ſint omina) luctus,
Dixi aliis, certè res metuenda ſubeſt.
Attamen haud potui citò perſentiſcere, rumor
Qvòd nimiùm verus ( proh dolor ) iſte foret.
Nempè ægrè qvæ grata minus ſunt credimus, at qvæ
Sunt accepta ſatis, mox meruere fidem.
Non tamen exponam qvis ſit, mens ipſa tremiſcit
Dicere , nec nomen ſuſtinet ore dolor.
Sit ſignaſſe ſatis, qvod erat tuus optimus ille,
Et meis, & noſtri fratris Amicus ; habes:
Forſan habes nimiùm, nec enim te ſcire volebam,
Nam mala ſponte ſuâ ſat citò fama, venit.
Nunc igitur dolor hinc auctus , me ſiſtere pennam
Cogit, &, ut vellem, ſcribere plura vetat.
Aſt ubi ſis præſens, ſimul & jungamur in unum,
Qvæ modò ſubticeo plurima , nota dabo.
Tunc qvæ paſſus eris mihi denarrabis acerba,
Ipſaq; noſtra tibi ; forte levamen erit.
Qvod ſupereſt benè vive diu ; ut ſalvusq; reviſas
Uraniam, ô Titan ſemper Amate, vale.
Hæc in Erichsholmi perſcripta eſt littera Caſtro,
Cum geminos piſces Sol redeundo capit.
Di citò dent gemini hîc piſces capiamus amantes
Tuq; redux , Titan , & Tua ego Urania.
Ann, 1594.

*Pag. 41. lin. 19.*

Inſcriptio Cippi Doctor. Johannis Svaningii S. R. M. Friderici III. Daniæ & Norvegiæ Conſiliarii, in Collegio Status Aſſeſſoris, Collegii Conſiſtorialis Præſidis, & Archiepiſcopi.

JOHANNES SVANINGIUS

*Unico. ad. hanc. diem. exemplo*
*Per. omnes. honorum. titulos. vectus*
*Summaqve. rerum. Aula. Academia. & Eccleſia. junctim. adhibitus*
*Poſt. exactos. florentiſſimo. conjugio. VI. liberis. aucto. Annos* XXIX.
*Beatiſſimam. animam. Cœlo. cui. debebatur. vindicavit*
*Mortalitatis. reliqvum. conditorio. huic. intulit*
*Anno*
*Redemti. orbis. LXVIII. ſupra. ſedecim. ſecula*
*Ætatis. LXIII.*

Parentatum ei eſt in Auditoriô Academico elegantiſſimâ Oratione Latinâ ab excellentiſſimo Viro Matthiâ Foſſio S. S. Theol. P. P. ad qvam omnes & ſingulos invitavit ſeqventi Programmate.

*Magnum. Venerabile. nomen.*

Johannis. Svaningii.

*Excelſis. ingenii. & fortunæ. dotibus. in. Regia. hac. Academia. partum,*
*Mox. ſacro. apice. &. lituo. auctum*
*Inde. ſingulari. Clementiſſimi. Regis. gratia*
*Ob. ſpectatam. difficillimis. Reipublicæ. temporibus. fidem.*
*Auguſtius. redditum*
*Nunc. albo. mortalium. ut. cœlitum. adderetur. excmtum*
*Funebri. Oratione.*
*Ultimo. qvod. præclaris. mentibus. debetur. officio*
*More. majorum*
*Æternitati. ſacraturus*
*Cunctos, bonarum. mentium, Patronos*

*Totum-*

*Totumqve. S. P. Q. literatorum*
*A. D. VII. Eid. Septembr. M DC LXVIII.*
*Hor. VIII. ante meridiem*
*Ad. ſuperiora. Academiæ. noſtræ*
*Officioſe. invitat*

Matthias Foſſius

*S. S. Theologiæ. Profeſ. Reg.*

*Pag.* 96. *lin.* 6. De Eraſmio Bartholino Medico & Mathematico celeberrimo vide Er. Vindingii Acad. Haffn. pag. 420. ad pag. 424.

*Pag.* 184. *lin.* 4. M. Johannes Seidelinus obiit 1668. die 20. Jun. Sextus v. Templi Holmenſis Paſtor, nomine M. Nicolaus Lundius, ex Paſtore Neſtvvedenſi, vocatus eſt Anno 1668. 8. Jul.

*Pag.* 245. *lin.* ult. Hoc automatum fabricatum eſt Anno 1556. Inventore & fabricatore Joanne Dyven Aſtrologo inſigni, cujus effigiem artificiosè depictam poſſidet pictor celebris Abrahemus Wochter.

*Pag.* 249. *lin. ult.* D. Johannes Svaningius obiit die 26. Jul. 1668. Decimus Selandiæ Epiſcopus eſt D. Johannes Wandalinus, cui omnem precamur felicitatem.

*Pag.* 303. *lin.* ult. Paſtores Templi Chriſtianhaffnienſis Primarii à prima fundatione, factâ An. 1604, fuêre ſeqventes.

1. M. Ericus Bredal ab An. 1640. ad annum 1543. qvi Danicè & Germanicè concionatus eſt, hodie Epiſcopus Nidroſienſis.
2. M. Nicolaus Haggæi olim Paſtor Eccleſiæ Varbiergenſis, poſtea An. 1643. vocatus eſt ad Templum hoc Chriſtianhaffnienſe: Danicè concionatus eſt ad Annum 1659.
3. M. Eraſmus Byſingius vocatus An. 1659.

*Paſtores Germanici Comminiſtrorum loco habiti fuêre ſeqventes.*

1. Dn. Matthias Wineke ab Anno 1641. ad Annum 1654.
2. Dn. Eraſmus Byſingius ab An. 1654. ad Annum 1659. Danicè & Germanicè concionatus eſt.

3. & 4. Anno 1660. Dn. Matthias Hildebrandt ad Germanicas, & Dn. Johannes Johannis ad Danicas conciones habendas vocati ſunt. Hic poſtea An. 1663. ad Templum Holmenſe vocatus eſt: Ille autem adhuc ejusdem Eccleſiæ Comminiſter.

Ne pagella vacaret hanc Romanam Inſcriptionem adjungere libuit.

*In executionem damnati facinoris*
*Contra Excellentiſſimum* Carolum Creqvium
*Regis Chriſtianiſſimi Oratorem*
*A Militibus Corſis vigeſimo Auguſti* 1662. *patrati*
*Corſica Natio inhabilis & incapax*
*Ad ſedi Apoſtolicæ inſerviendum*
*Ex decreto & juſſu Sanctisſimi Domini noſtri Alexandri VII.*
*In executionem Concordiæ Piſis initæ*
*Ad perpetuam memoriam declarata eſt*
*An. Domini* 1664.

*Finitus eſt Liber ope* REGIS *omnium bonorum datoris.*

INDEX

# INDEX NOMINUM ET COGNOMINUM PROPRIORUM QVORUM HÎC MONUMENTA LEGUNTUR.

A.

*JOannes* Ægidii. *pag.* 143.
*Joannes Jani* Alanus. *pag.* 60. 61. 112.
*Albertus Johan.* Albertius *pag.* 147.
*Johannes* Albertius. *pag.* 30. 249.
*Petrus* Albertius. *pag.* 208.
Amagriæ *Deſcriptio, Denominatio, Diviſio, &c. pag.* 304. 305.
*Andreas* Andreæ. *pag.* 183.
*Jonas* Andreæ. *pag.* 253.
*Fridericus* von Aranſtorp. *pag.* 161.
*Henningius* Arniſæus. *pag.* 237.
Aſcerus. *pag.* 262.
*Conradus* Aslaeus. *pag.* 50. 61.
*Chriſtina Conrad.* Aslaci *filia p.* 82.
*Tycho* Asmundius. *pag.* 1.

B.

*Antonius* Balders leben. *pag.* 48.
*Sillia* Balkenburgia. *pag.* 14. 27.
*Henricus* Bangius. *pag.* 116.
*Johannes* Bangius. *pag.* 116.
*Thomas Joh.* Bangius. *pag.* 42. 44.
*Wldricus* Bapſt. *pag.* 221.
*Albertus* Bartholinus. *pag.* 90.
*Caſpar* Bartholinus. *pag.* 12. 34. 308.
*Dorothea* Bartholina. *pag.* 48. 58.
*Erasmius* Bartholinus. *pag.* 96. 431.
*Thomas* Bartholinus. *pag.* 94. 95. 96.
*Dietericus Joh.* Bardſterlag. *pag.* 171.
*Ericus* Baſſe. *pag.* 146.
*Franciſcus Jacobi* Bech *pag.* 228.
*Fridericus* Bernechov. *pag.* 81.
*Johannes* Bernechov. *pag.* 81.
*Martinus* Bernechov. *pag.* 81.
*Johannes* Beyerling. *pag.* 213.
*Cornelia* Bicker. *pag.* 158.
*Vitus* Biering. *pag.* 268.
*Franciſcus* Bierrig *Ripenſis. p.* 143.
*Canutus* Bieſchius. *pag.* 54. 64.
*Margareta* Bilcke. *pag.* 120.
*Joannes* Bram. *pag.* 218. 229. 234.
*Henricus* Bremer. *pag.* 190. (235.
Emengaard Bilde. *pag.* 77.
*Eſcillus* Bilde. *pag.* 120. 124.
*Edvardus* Bilde. *pag.* 35.
*Fridericus* Bilde. *pag.* 139.
*Nicolaus* Bilde. *pag.* 53. 125.
*Steno* Bilde. *pag.* 139.
*Eliza* Biörn. *pag.* 119.
*Janus* Bircherod, *pag.* 269.
*Sophia* von Blixen. *pag.* 219.
*Anna* Blum: *pag.* 160.
*Henricus* Blum: *pag.* 228.
*Johannes* Boi. *pag.* 218.
*Nicolaus Laurentii* Boopagus. *pag.* 306.
*Jacobus* Bordingius. *pag.* 110.
*Philippus Julius* Borneman. *pag.* 78.
*Petrus* Borreſon. *pag.* 194.
*Georgius* Braad. *pag.* 131.
*Axelius* Brahe. *pag.* 117. 289.

*Georgius*

*Georgius* Brahe. *pag.* 83.
*Margareta* Brahe. *pag.* 161.
*Otto* Brahe. *pag.* 117.
*Sophiæ* Brahe *Epiſtola. pag.* 410. *ad pag.* 429.
*Tycho* Brahe *Aſtronomus. pag.* 84. 310. 311.
*Ejus globus cœleſtis. pag.* 238. *ad pag.* 243.
*Ejus inſtrumentorum fata. pag.* 241
*Ejus Elogia. pag.* 353. *ad pag.* 366.
*Ejus Carmina. pag.* 367. 368.
*Ejus Epiſtola necdum edita. pag.* 392. *pag.* 409.
*Ejus Vita. pag.* 309. *ad pag.* 378.
*Ejus Exeqviæ. pag.* 378. 379.
*Ejus Epitaphium. pag.* 352. 353. 379. 380. 381.
*Ejus Oratio funebris. pag.* 381.
*Ejus effigies. pag.* 381.
*Ejus Liberi. pag.* 382.
*Ejus Libri.* 383. *ad pag.* 391.
*Catharina* Breske. *pag.* 280.
*Erasmus Nicolai* Broberg. *pag.* 86.
*Janus Erasmi* Broberg. *pag.* 86.
*Elizabetha* Broch. *pag.* 161.
*Lago* Broch. *pag.* 137. 120.
*Caſparus* Brochmand. *pag.* 26.
*Caſparus Erasmi* Brochmand. *pag.* 14. 26. 210. 249. 255.
*Erasmus Envaldi* Brochmand. *pag.* 200
*Erasmus Joh.* Brochmand. *pag.* 21. 205.
*Johannes* Brochmand. *pag.* 179.
*Johannes Envaldi* Brochmand. *pag.* 143.
*Johannes Erasmi* Brochmand. *pag.* 24. 36. 37.
*Maria Petri* Brochmand. *pag.* 179.
*Birgitta* Brockenhus. *pag.* 162.
*Olaus* Brockenhus. *pag.* 162.
*Maria Georgii* Brodt. *pag.* 88.
*Georgius* Bubbert. *pag.* 169.
*Hieronymus* Buck. *pag.* 213.
*Chriſtina* Bukmanna. *pag.* 53.
*Eva* von Bülow. *pag.* 161.
*Levinus* von Bulcow. *pag.* 163.
*Johannes* Burchardi. *pag.* 2.
*Catharina* Buſch. *pag.* 179.

C.

*Georgius* Canuti. *pag.* 308.
*Johannes* Canuti. *pag.* 143.
*Matthias* Canutius. *pag.* 59.
*Petrus* Capitaneus. *pag.* 33. 47.
*Nicolaus* Caſpari. *pag.* 1.
*Fridericus* Caſtiglioneus. *pag.* 190.
*Antonius* Cath. *pag.* 217.
*Erasmus* Catholmius. *pag.* 1. 65.
*J. B.* Cervinus. *pag.* 149.
*Andreas* Chriſtiani. *pag.* 143.
*Andreas* Chriſtierni. *pag.* 250.
*Eliza* Chriſtophori, *Thomæ Bartholini uxor. pag.* 96.
*Olaus* Chryſoſtomus. *pag.* 1.
*Olaus* Coccius. *pag.* 143.
*Petrus* Coldingius. *pag.* 253.
*Nicolaus* Copernici *Parallacticum pag.* 329.
*Ejus effigies. pag.* 339. 343.

*Andreas*

D.
Andreas Dal. pag. 116.
Joannes Dolmarus. pag. 89.
Wilhelmus Dop. pag. 169 170.
Andreas Due. pag. 125.
Petrus Duus. pag. 113. 125. 126.
E.
Johannes Claudii Egerus. pag. 308.
Anna Elia Eiſenberg. pag. 7. 40. 50.
Erasmus Erasmi. pag. 150.
Thor Erasmi. pag. 236.
Henricus Ernſtius J. V. Doct. p. 159.
F.
Jacobus Faber. pag. 2.
Johannes Faber. pag. 24.
Chriſtianus Fabricius pag. 172.
Jacobus Fabricius. pag. 111.
Henricus von Felen. pag. 141.
Anna Finchia. pag. 12. 309.
Dorothea Finchia. pag. 98. 108.
Druda Finchia pag. 24.
Margareta Jacobi Finckia. pag. 97.
Margareta Thomæ Finckia. p. 165. 168
Jacobus Finchius. pag. 101. 114.
Thomas Finchius p. 99. 100. 106. 246. 250.
Eſaias Fleiſcherus. pag. 116. 278.
Johannes Johannis de Fobeslet. p. 81.
Nicolaus Foerat. pag. 130.
Deſiderius Foſſius pag. 2.
Johannes Foſſius pag. 65.
Johannes Franciſci. pag. 76 83.
Petrus Franciſci pag. 120. 125.
Anna Chriſtina Friis. pag. 10.
Chriſtianus Friis de Borby. p. 16. 17. 51
Chriſtianus Friis de Kragerup. p. 147
Dorothea Friis. pag. 147.
Fridericus Friis. pag. 75.
Georgius Friis. pag. 189.
Gregorius Friis. pag. 147.
Johannes Friis ab Heſſelager. p. 14. 32.
Magnus Friis, pag. 75.
Tonne Friis, pag. 147.
Georgius Fromius, pag. 87.
Johannes Georgii Fromius, pag. 87.
Georgius Fuirenius, pag. 165. 171.
Henricus Georgius Fuirenius, p. 165. 166. 167. 168.
Henricus Fuirenius, pag. 165. 171.
Margareta Fuirenia, pag. 57.
Maria Fuirenia, pag. 144.
Soſtrata Fuirenia, p. 144.
Theodorus Fuirenius, pag. 246.
Thomas Fuirenius, pag. 246.
G.
Chriſtophorus von Gabel / p. 272.
Elizabetha Gellii filia, pag. 60.
Petrus Gelſtrupius, pag. 61. 209.
Franciſcus Georgii pag. 154.
Caſparus Gerſtorf, pag. 139.
Joachimus Gerſtorf, p. 152. 153. 156. 166.
Filia Gieſa, pag. 105.
Jacobus Severini Glud, pag. 150.
Andreas Goodſche / pag. 125.
Petrus Goodſche / pag 85.
Magnus Göe / pag. 32.
Janus Gregorii, pag. 201.
Wldricus von Grinroht / pag 221.
Hilarius Grubbe / pag. 119.
Margreta Grubbe / pag. 19.
Martinus Pauli Grumius, pag. 37.
Iſaacus Grönbechius pag. 143.

Uldaricus Chriſtierni Gyldenløff. pag. 71. ad 72. 73. 74.
Johannes Uldarici Gyldenløff/p.75.
Axelius GyldenStiern / pag. 253.
Magnus GyldenStiern/pag.28.29
Presbiorno GyldenStiern/pag.289
Sibilla GyldenStiern/ pag. 32.
Nicolaus Gyntelberg/ pag. 191.

H.

Aqnoldus Hake/p. 56.
Chriſtianus Hammerus, pag. 80.
Chriſtina Hardenberg/ pag. 17.
Metta Hardenberg / pag. 16. 51.
Georgius Harderus, pag. 306.
Iohannes de Harken, pag. 306.
Dorothea Haſebard/ pag. 65.
Elizabetha Haſebard / pag. 65.
Iacobus Haſebardus, p. 2. 51. 66. 66
Wichmañus Iacobi Haſebardus, p. 2.
Henricus von Korthuſen/pag. 226.
Andreas Petri Hegelund/ pag. 254.
Nicolaus ~~Helt/ pag. 224.~~
Zicolaus Hammingius, pag. 113.
Simon Henningii, pag. 213. 234.
Michael Henrici, pag. 143.
Conradus Heſs, pag. 227. 283.
Dorothea Chriſtina Heſs. pag. 227.
Marcus Heſs, pag. 120. 127.
Laurentius Petri Heſſelberg/ p. 133.
Petrus Petri Hienius, p. 116. 121. 126
Georgius Hilarius, pag. 254. 255.
Iohannes Homannus, pag. 213.
Eliza Høeg / pag. 70.
Iytta Høeg/ pag. 158.
Offo Høeg/ pag. 145.
Dorothea Husaand Neuenhof/p. 161

Hvennæ Inſula varia nominans, ſit, Denominatio & Arces antiqva, p. 310.
Ejusdem Deſcriptio p. 311.
Ejusdem Topographa p. 312. 313. 314
Nicolaus Hvid/p. 113.
Olgardus Hwitfeld / p. 156.
Otto Hwitfeld/p. 36.
Wilhelmus Hyber/ p. 159. 151.

I.

Gabriel Jacobi, pag. 191. 192. 196.
Matthias Jacobi, pag. 86.
Chriſtiernus Jani, pag. 1. 62.
Jacobus Jani, p. 113.
Janus Jani, pag. 194.
Matthias Jani, pag. 143. 168.
Thomas Jegerus, pag. 66.
Janus Dioniſii Jerſinus, pag. 2. 58.
Andreas Johannis, pag. 116.
Andreas Johãnis Mariagrius, p. 143.
Chriſtophorus Johannis Conſul. pag. 261. 262.
Claudius Johannis, pag. 308.
Franciſcus Jonæ, pag. 253.
Joachimus Irgen, pag. 158.
Fridericus Irgen, p. 158.

K.

Anna Kaugaard/ pag. 70.
Michael Kirſtenius, pag. 244. 245
Wernerus Klavvmann, pag. 170.
Petrus Valentini Kniphovius, p. 128
Chriſtophorus Knopff, p. 107. (129.
Catharina Knoffia, pag. 107.
Nicolaus Krag/ pag. 158.
Otto Krag/pag. 158.
Nicolaus Kragius, pag. 253.
Johannes Krafft/pag. 213. 245.

Johannes

## L.

*Johannes* Lange, *pag.* 135.
*Tancredus* Lælius, *pag.* 167. 138.
*Anna Cathrina* Lente, *pag.* 227.
*Regina Magdalena* Lente, *pag.* 221.
*Theodorus* Lente, *pag.* 219. 222. 281. *ad pag.* 287.
*Cornelius* Lercke, *pag.* 144.
*Ingera Jacobi* Let, *pag* 168.
*Thomas Lindemanuus*, *p.* 213. 234. 235
*Beata* Lindenovv, *pag.* 147.
*Chriſtophorus* Lindenovv, *pag.* 147.
*Henricus* Lindenovv, *pag.* 147.
*Johannes* Lindenovv, *pag.* 149. 160
*Andreas* Liung/*pag.* 251.
*Chriſtianus* Lodberg/*pag.* 188.
*Abigail* Loir, *pag.* 51.
*Chriſtianus* Longomontanus, *pag.* 49. 58. 241. 312.
*Chriſtina* Locke/*pag.* 161.
*Franciſcus* Locke/*pag* 161.
*Henricus* Lycke/*pag.* 289.
*Zacharias* Lundius/*pag.* 201.
*Andreas* Lymvicus, *pag.* 45. 46. 47. 56. 112. 208. 250.

## M.

*Chriſtianus* Machabæus *Alpinas*, *pag* 49. 52. 106.
*Johannes* Machabæus *Alpinas*, *p.* 49
*Agneta* Machiſona, *pag.* 49.
*Laurentius* Magni *Senator*, *pag* 103.
*Johannes* Mandevonius, *pag.* 133.
*Olaus* Martini, *p.* 253.
*Henricus Everhard* Maſi⁹ *p.* 306. 307
*Henricus* Matheſius, *pag.* 227.
*Jacobus* Matthiæ, *pag.* 46. 56.
*Jacobus* Matthiæ *Conſul*, *pag* 189.
*Janus* Matthiæ, *pag* 113.
*Olaus* Matthiæ *Conſul*, *pag.* 89.
*Paulus* Matthiæ, *pag.* 28. 51. 242.
*Johannes* Meckelborg/*pag.* 200. 205.
*Andreas Mehner* *pag.* 145.
*Bernardus* Meyer/*pag.* 213 219.
*Chriſtianus* Michaelis, *pag.* 63.
*Jacobus* Michaelis, *pag.* 55. 63.
*Laurentius* Michaelis *Senator*, *p.* 124
*Matthias* Michaelis, *pag.* 150.
*Matthias* Michaelis, *pag.* 250.
*Nicolaus* Michaelis, *pag.* 83.
*Anna Margreta* Mohren, *pag.* 225.
*Joachimus* Molten/*pag.* 224.
*Ericus* Monradus, *pag.* 116. 124.
*Janus Juſtini* Montanus, *p.* 197. 236
*Chriſtiernus Torchilli* Morſian⁹, *p* 76
*Chriſtiernus* Morſianus, *pag.* 143.
*Nicolaus* Monbo/ *pag.* 252.
*Johannes* Mule, *pag.* 88. 250.
*Oligerus* Mule, *pag.* 88.
*Wichmannus* Mule, *pag.* 88.
*Anna* Mumme, *pag.* 130.
*Catharina Petri* Munck/ *p.* 79. 86.
*Ericus* Munck/ *pag.* 253.
*Petrus* Munck/ *pag.* 253.
*Petrus* Münck/ *pag.* 127. 131. 237.
*Margareta* Mylia, *pag.* 111.

## N.

*Johannes* Nanſenius, *p.* 121. 134. 135. (140.
*Michael* Neb, *pag.* 176.
*Eſpernus* Nicolai, *pag* 67.
*Find* Nicolai *Conſul*, *pag.* 149.
*Georgius* Nicolai, *pag.* 308. bis. 309.
*Jacobus* Nicolai, *pag.* 143.

*Laurentius* Nicolai *Paſtor Amagr.* 308. bis.
*Laurentius* Nicolai, *pag.* 143.
*Nicolaus* Nider, *pag.* 59.

O.

*Anna Maria* Offenberg/ *pag.* 75.
*Benedictus Olai* Hallandus, *pag.* 237.
*Claudius* Olai, *pag.* 91.
*Chriſtianus* Oſtenfeld, *p.* 59. 288. 102
*Petrus* Oſtenfeld, *pag.* 59.
*Eſchillus* Oxe/ *pag.* 82.
*Johannes* Oxe / *pag.* 33. 77. 82. 83.
*Magnus* Oxe/ *pag.* 82.
*Metta* Oxe/ *pag.* 82.
*Petronella* Oxe/ *pag.* 9. 19. 33.
*Petrus* Oxe/ *pag.* 5. 29.

P.

*Nicolaus* Palladius, *pag.* 1.
*Petrus* Palladius, *pag.* 30. 32. 249.
*Barbara* Paludana, *pag.* 107.
*Helvige* Paludana, *pag.* 25.
*Johannes* Paludanus, *pag.* 107.
*Ivarus* Pauli, *pag* 69. 86. 127. 128.
*Magnus* Pauli, *pag.* 252.
*Menelaus* Pauli, 177.
*Simon* Pauli, *pag.* 262. *ad* 267.
*Chriſtophorus* Paßberg/ *pag.* 253.
*Sophia* Paßberg/ *pag* 146.
*Ahaſverus* Payngh, *pag.* 98.
*Petrus Theodoricus* Payngh, *pag.* 221.
*Adamus Henrici* Pentz/ *pag.* 161. 163.
*Joachimus Fridericus* Pentz/ *pag.* 163.
*Joachimus Reimer* Pentz/ *pag.* 161.
*Nicolaus* Petræus, *pag.* 76. 86.
*Severinus* Petræus *Calundanus*, *pag.* 53 66. 254.
*Andreas* Petri *Coagienſis*, *pag.* 253.
*Laurentius* Petri *Haterslebienſis*, *pag.* 108. 213.
*Petrus* Petri, *pag.* 191. 306.
*Daniel* Pfeiffius, *p.* 213. *ad* 217. 300
*Petrus* Plovv, *pag.* 117.
*Claudius* Plumius, *pag.* 82. 84. 112.
*Johannes* Plumius, *pag.* 278.
Anna Podebuſt/ *pag.* 147.
*Claudius* Podebuſt/ *pag.* 53.
*Georgius* Podebuſt/ *pag.* 77.
*Preben* Podebuſt/ *pag.* 77.
*Dionyſius* von Pouderoels/ *pag.* 226.
*Johannes* Pratenſis, *pag.* 103. 107.
*Claudius* Ptolomæus, *pag.* 343.

Q.

*Fridericus* Qvitzou/ *pag.* 43.

R.

*Marcus* Radebanth, *pag.* 164.
*Claudius Ivari* Raſn / *pag.* 151.
*Nicolaus Envald* Randulff/ *pag.* 116.
*Petrus Andreæ* Randulff/ *p.* 140. 136
*Elizabetha Sophia* Rantzow/ *p.* 160.
*Melchior* Rantzow/ *pag.* 30. 31.
*Juliana Elizabetha* Reichow/ *p.* 216.
*Johannes* Reinhold/ *pag.* 125.
*Johannes Johannis* Reſenius, *pag.* 7. 10. 34. 38. 39. 41. 249.
*Johannes Pauli* Reſenius, *pag.* 7. 30. 38. 112. 183. 283. 249. 254.
*Petrus Johannis* Reſenius, *pag.* 35.
*Stephanus* Rhode/ *pag.* 164.
*Hipparchus* Rhodius, *pag.* 342.
*Olaus* Rhumannus, *pag.* 85.
*Marqvardus* Rodſten/ *pag.* 71.
*Dorothea* Roſenkrantz/ *pag.* 212.
*Georgius* Roſenkrantz/ *pag.* 97.

*Joannes*

*Joannes* Roſenkrantz/ *pag.* 97.
*Metta* Roſenkrantz/ *pag.* 22.29.71.
*Oligerus* Roſenkrantz/*pag.* 22. 55. 336. 371. 372.
*Anna* Roſenſpar/*pag.* 118.
*Henricus* Roſenvinge/*pag.* 140.
*Martha* Roth/ *pag.* 164.
*Birgitta* Rud/*pag.* 119.
*Canutus* Rud/*pag.* 8. 34.
*Ericus* Rud/ *pag.* 29, 43. 44.
*Georgius* Rud/*pag.* 29. 44.
*Otto* Rud/ *pag.* 33. 43.
*Pernilla* Rud/ *pag.* 43.
*Petrus* Rud/ *pag.* 44.
*Daniel* Rudel/ *pag.* 173.
*Ægidius* Rurant *Rutgeri JCti filius* (*p.* 221.

S.

*Georgius Jani* Sadolinus, *pag.* 1.
*Joannes Georgii* Sadolinus, *pag.* 118.
*Petrus Nicolai* Saby/237.
*Johannes Saſcerides*, *pag.* 60.
*Petrus Sartorius*, *pag.* 225.
*Herlorius* Schaffer/ *pag.* 25.
*Margareta* Schaffer/*pag.* 25.
*Nicolaus Pauli* Schandorfius, *p.* 235
*Laurentius Claudii* Scavenius, *p.* 308
*Laurentius Martini* Scavenius, *pag.* 11. 42. 43. 143. 294.
*Laurentius Nicolai* Scavenius, *p.* 243
*Nicolaus* Scavenius, *pag.* 250.
*Janus Petri* Schelderupius, *pag.* 143
*Petrus* Schelderupius, *pag.* 2.
*Paulus* Scherning/*pag.* 226.
*Marcus* Schriven/*pag* 222.
*Sebaſtianus* Schvvendius, *pag.* 84.
*Joannes* Schytte/*pag.* 78.
*Maria Jani* Schytte/ *pag.* 81.
*Anna* Schulten/*pag.* 85.
*Chriſtianus Thomæus* Scheſted/*pag.* 19. *ad pag.* 24. 71.
*Dorothea* Scheſted/ *pag.* 71.
*Johannes Johannis* Seidelinus, *p.* 184
*Jacobus* Severini, *pag.* 151.
*Michael* Severini, *Senator. pag.* 98.
*Petrus* Severini, *p.* 92.103.104.051
*Severinus* Severini, *pag.* 78.
*Janus* Simingius, *pag.* 113.
*Nicolaus Claudii* Simingius, *pag.* 2.
*Fridericus* Schack/ *pag.* 160.
*Johannes* Schack/*pag.* 160.
*Nicolaus* Stawbo/ *pag.* 177.
*Catharina* Stell/ *pag.* 139.
*Johannes* Stoning/ *pag* 253.
*Georgius* Stult/*pag* 254.
*Nicolaus* Soll, *pag.* 164.
*Nicolaus* Sommerus, *pag.* 113.
*Georgius* Sonnichius, *pag.* 110.
*Petrus* Sonnichius, *pag.* 109.
*Nicolaus Chriſtierni* Sprad/*pag.* 183.
*Johannes* Steenwinckel/*p.* 150. 151.
*Martinus* Steenwinckel/ *pag.* 149.
*Stellaburgi inventor & fundator. p.* 310
*Ejus Deſcriptio*, *pag.* 325.
*Ejus Orthographia*, *pag.* 326. 327.
*Ejus Ichnographia*, *pag.* 328.
*Johannes* Stamannus, *pag.* 213.
*Chriſtianus* Steenbuchius, *pag.* 69
*Ivarus* Stubeus, *pag.* 253.
*Petrus* Sture/ *pag.* 116.
*Anna* Surbech/ *pag.* 146.
*Margareta* Surbech/ *pag.* 41.
*Anna* Svaningia, *pag.* 41.

*Johannes* Svaningius, *pag.* 41. 42. 246. 248. *bis.* 303. 438. 431.
*Soſtrata* Svaningiæ, *pag.* 41.
*Johannes* Svenonis, *pag.* 58.
*Laurentius* Svenonis, *pag.* 252.
*Johannes* Sybenius, *pag.* 121.
*Katharina* Sybenia, *pag.* 121.

T.

*Johannes* Tauſanus, *pag.* 126.
*Margareta* Tetens, *pag.* 101.
*Nicolaus* Theophilus, *pag.* 46.
*Johannes* Thomæ. *pag.* 1. 104.
*Druda* Thorſmede, *pag.* 104. 105.
*Chriſtina* Tidemanni, *pag.* 90.
*Janus* Tiluſſen, *pag.* 169.
*Arnoldus* Tingnagel/ *pag.* 189.
*Ericus Olai* Tormius, *p.* 2. 67. 68. 69.
*Otto* Tott/ *pag* 211.
*Tagius* Tott/ *pag.* 369. 370. 371.
*Nicolaus* Truchenroth/ *pag.* 62.
*Martinus Michaelis* Tunius, *pag.* 185. 190. 195.
*Torchillus* Tychonis, *pag.* 183.

V.

*Thomas* Vagnerus, *pag.* 143.
*Paulus Eliæ* Vindekaabe/ *pag.* 252.
*Jonas Iacobi* Venuſinus, *pag* 116.
*Laurentius* Vilhadi, *pag* 106.
*Georgius* Vind/ *pag.* 79.
*Jacobus* Vind/ *pag.* 70.
*Olaus* Vindius, *pag* 2. 116. 254.
*Erasmus Pauli* Vindingius, *p.* 93. 97.
*Holgerus* Ulfſtand/ *pag.* 70.
*Ingeburga* Ulfſtand/ *pag.* 70.
*Nicolaus* Ulfſtand/ *pag.* 25.
*Trudeus* Ulfſtand/ *pag.* 25.

Uraniburgi *inventor & fundator*, *pag.* 310. 314.
*Ejus qvoad totum Deſcriptio*, *p* 319. 320
*Ejus præcipuæ domus orthographia*, *pag.* 320. *ad* 323.
*Ejus ichnographia*, *pag.* 324. 325.
*Ejus Typographica & Typographus*, *pag.* 314. 315. 316.
*Ejus ut & Stellæburgi crypta*, *pag.* 329. *Item inſtrumenta Aſtronomica*, *pag.* 329.
Uraniburgum *qvinam Reges Principes, Duces*, Nobiles *& Literati inviſerunt*, *pag.* 316. 317. 318.

W.

*Canutus* Walkendorph, *pag.* 181.
*Chriſtophorus* Walkendorph, *pag.* 8. 28. 252. 253.
*Johannes* Wandalinus *pag.* 301. 431.
*Johannes de* Waſtenowich *p* 182.
*Anna* Wibe/ *pag.* 128. 129.
*Chriſtiernus* Wibe/ *pag.* 130. 137.
*Johannes* Wibe/ *pag.* 129.
*Michael* Wibe/ *pag.* 144. 145. 146.
*Agneta* Wierrich/ *pag.* 163.
*Laurentius* Wilhadi, *pag.* 253.
*Magnus* Wilhadi, *pag* 236.
*Petrus* Wilhadi, *Conſul*, *pag.* 123.
*Franciſcus* Wilhelmi, *pag.* 52.
*Magdalena* Winckelmand/ *pag.* 176.
*Johannes Petri* Winſtrupius, *pag.* 13. 143. 163.
*Petrus Iani* Winſtrupius, *pag.* 113.
*Petrus Jani* Winſtrupius, *pag* 13. 39. 40. 50. 84. 164. 249. 253.
*Petrus Petri* Winſtrupius, *pag.* 30.


*Medea*

*Medea* Winſtrupia, *pag.* 77.
*Thalia* Winſtrupia, *pag.* 10. 34. 38. 39. 40.
*Friderica Amalia* von Winterfeld/ *pag* 148.
*Barbara* Witterup, *p.* 147.
*Beata* W feld/ *pag.* 148.
*Anna* Wlfeld/ *pag* 2 8.
*Biorno* Wlfeld/ *pag.* 161.
*Catharina* Wlfeld/ *pag.* 161.
*Corwitius* Wlfeld/ *pag.* 31.
*Jacobus* Wlfeld/ *pag.* 192. 2 8.
*Otto Chriſtoph.* Wlfeld/ *pag.* 160.
*Anna* Wormia, *pag.* 108. 109.
*Dorothea* Wormio, *pag.* 108.
*Soſtrata* Wormia, *pag.* 67. 108. 101.
*Olaus* Wormius, *pag.* 99. 108.
*Joannes* Wormius, *pag.* 253.
*Wilhelmus* Wormius, *pag.* 109. 273.
*Franciſcus* Wormordus, *pag.* 252.
*Carolus* Wormſer, *pag.* 4.
*Abſolon* Wrne, *pag.* 118.
*Axelius* Wrne, *pag.* 119.
*Canutus* Wrne, *pag.* 119.
*Cecelia* Wrne, *pag.* 77.
*Elizabetha Sophia* Wrne, *pag.* 147.
*Lage* Wrne, *pag.* 246.
*Sigwardus* Wrne, *pag.* 71.

Z.

*Hedviga* Zoega, *pag.* 79.

Ut verò ſpatium ſubjectum compleretur carmen hoc à Typographo additum eſt.

*Ad Virum Conſultiſſimum, ampliſſ. integerrimum*

# DN. PETRUM JOH. RESENIUM

## J. V. D.

In Reg. Acad. Hafn. Juris ac Ethices Profeſſ. P.

Urbis Hafniæ

Recens creatum

## CONSULEM

Anno M DC LXIV. Mens. Auguſt.

*HOnoris ampliore luce te jubet*
*Splendere Virtus erudita,* ***RESENI,***
*Rebus gerendis utilem quæ non ſinit*
*Latere: ſolidæ laudis ingreſſus viam;*

*Scien-*

*Scientiarum fonte tinctus aureo,*
*Sagace mente inſtructus ac prudentiâ*
*Nil vile ſapis, aſſine culpæ nil facis,*
*Probitate vitæ exemplar optimi Viri.*
*Hinc collocato in ſede* CONSULIS *tibi*
*Gratulor honores, jure merito qvos capis*
*Nimirum & olim* PETRUS *ille* ALBERTIUS
*Rector Academiæ, Urbis & Conſul fuit.*
*Sis usqve felix* CONSUL, *& fac conſulas*
*Deiq; gloriæ & ſaluti publicæ:*
*Curanda Curia, Conſcientia maxime.*

PETRUS NICOL. MEHRNERUS
Acad. Hafn. Vice-Bibliothecarius.

---

Errata nonnulla Typographica graviora ſic corrigenda, cœtera verò ut & leviora qvæ veniam facile videntur impetratura, amici Lectoris benignitati ſubmittuntur.

***Prior numerus paginam, alter lineam deſignat.***

| | Lege | | Lege |
|---|---|---|---|
| 7.3. M.DC.LXXXV. | M.D.LXXXV. | Ibid 27 & | &c. |
| 81.18. Jodiſlet | Jodiſlet. | 252. 4. foria | feria. |
| 81.27. 1257 | 1572. | Ibid 21. Chriſtianus | Chriſtophorg |
| 83.4. Toſtrup | Taſtrup. | 253. 3. 1591. | 1599 |
| 124.3. Troſ | Tro | 268 15. imcumbentem | incumbentem |
| 124.4. Roſ. | Ro | 329 7. oblonge | oblonga |
| 198.13. Mechanicos | Mechanicis | 331.16. diductus | diductius |
| Item. excuſatus. | excuſatum | 334. 19 inferiora | interiora |
| 204.22. von | aff | 3 8 25 mihi *dele tur* | |
| 243.23. Dædalæo | Dædaleo | 379. l. u. impertivi | impertivit. |